STORIA DI SONCINO

CON DOCUMENTI.

STORIA DI SONCINO

CON DOCUMENTI.

STORIA DI SONCINO

CON DOCUMENTI.

OPERA

DI

FRANCESCO GALANTINO.

. . . del natio loco
. . . raunai le foglie sparte.
DANTE.

VOLUME TERZO.

MILANO,
COI TIPI DI GIUSEPPE BERNARDONI.

1870.

1.

920, Settembre 27.

Diploma di Berengario I che conferma ai Benedettini di S. Pietro e dell'eremo di S. Zenone presso Soncino, le donazioni fatte ai loro predecessori da Matelda vedova di Adaloaldo Re dei Longobardi.

✝ In nomine domini *nostri* Yhesu Christi. Berengarius gratia dei *imperator augustus.* — Regie felicitatis est Ecclesiis et Monasteriis jura restituere aut confirmare. Ideoque *omnium Sancte* dei Ecclesie nostrorumq*ue* fidelium presentium ac futurorum *industriam nosse* volumus quod tibi Theobaldo monaco Sancti Petri castri Soncini, et tibi Everardo de Dosena monaco de Heremo Sancti Zeni in Sylva Sancti Martini prope dictum Castrum ambo de Monachis Patris Sancti Benedicti, concedimus et maxima nostra largitatis benevolentia confirmamus pro vobis vestrisque successoribus monachi et Ecclesie cum Hospitio Sancti Petri et de Heremo Sancti Zeni omnia bona et privilegia que Mathelda pia fundatrix Ecclesie et Heremi predicti et vidua Adaloaldi Serenissimi Longobardorum regis donavit et concessit, et a Rotari et Ariperto regibus confirmata fuerunt ita ut de hinc quiete et secure possideatis idest omnia que in circuitu predicte Ecclesie Sancti Petri sita sunt que sufficiunt ipsius Ecclesie substentationi et item in Sylva Sancti Martini ubi est supradictus Heremus Sancti Zeni usque *ad* fluvium Ollium et circum Heremum per jugera decem et quinque dicte Sylve. Hec omnia cum omnibus ad se pertinentibus *nostra* Regia auctoritate licet vobis confirmare vel ad usum *Ecclesie et Heremi* et vestrorum fratrum deinceps perpetuo possidere. Et non sit vobis fas neque ullis vestris successoribus monachis de omnibus *supra*dictis quicquam aliquam partem aut emphiteutam seu quacumque scriptione transcribere nec ordinare nisi more colonico *ad fruges* annuatim persolvendas. Decernimus etiam ut nullus rex dux marchio princeps comes vicecomes de his possessionibus, quas superius diximus, alicui mortalium ali-

quid *donare vel* in beneficium attribuere presumat. In tali ratione si fuerit quisquam qui hanc *nostram paginam* confirmationis contradicere temptaverit a nobis statuto damnetur judicio. Scilicet mancusos auri quinquaginta cogatur persolvere, medietatem Regie camere, et medietatem monachis quibus ausus fuerit molestare iniquus. Et ut *hoc* nostre celsitudinis inviolabile preceptum *firmum* et inconvulsum habeatur in posterum proprie manus subscriptione innotatum atque ut mos est roboratum anulo nostro subtus jussimus sigillari.

Signum domini Berengarii BSLNE Serenissimi. Regis.

Johannes episcopus et cancellarius ad vicem Ardinghi episcopi et archi cancellarii *re*cognovi et supscripsi.

Data VI. Kalendas octobris anno incarnationis dominice DCCCCXX. Regni domini Berengarii gloriosissimi Regis XXXIII imperii autem V. Indictione VIIII.

Actum Papie in Christi nomine *feliciter*.

Amen. Amen. Amen.

✝ Ego Bertramus de Covo notarius Sacri Palatii ex licentia et precepto domini Maltraversi de Madalbertis tunc potestatis Suncini et ejus districtus suprascriptum Instrumentum una cum Petro Garbagnato notario vidi et legi non mortificatum nec canzellatum nec alio modo vitiatum in aliqua sui parte, et ut in ipsum erat ita scripsi et exemplavi et autenticavi ad perpetuam rei memoriam habendam et retinendam, nihil addens vel minuens quod sensum mutet vel intellectum. Sub millesimo ducentesimo, indictione tertia.

✝ Ego Petrus de Garbagnate notarius Sacri Palatii ex licentia et precepto domini Maltraversi de Madalbertis tunc potestatis Suncini ejusque districtus omnibus suprascriptis affui una cum suprascripto Bertramo de Covo notario, et suprascriptnm Instrumentum vidi et legi, non mortificatum nec canzellatum nec alio modo vitiatum sed in prima sua figura et ut in ipsum erat ita scriptum et exemplatum est super ipsum nullo addito vel minuito quod sensum mutet, et pro secundo notario me subscripsi.

Archivio del Fondo di Religione presso San Spirito in Milano.

Pergamene del Monastero delle Benedettine di S. Caterina in Soncino.

Nota. — La presente copia l'ebbi dall'erudito dottor Ippolito Cereda di Cremona, il quale la ricavò da un *fac-simile* (ove son conservate tutte le antiche abbreviature) con rara pazienza e bravura eseguito dal reverendo arciprete don Paolo Lombardini. Le lacune dell'apografo furono riempite dal dottor Cereda suddetto colle parole stampate in corsivo.

2.

1098, Giugno.

Donazione d'una pezza di terra sita in Umbriano, fatta dal conte Gisalberto di Bergamo, al Monastero di S. Paolo de Bucione (d'Argon) nell'anno 1098. Rogata in Soncino, da Giovanni notaro del S. Palazzo.

In nomine domini dei Eterni. — Anno ab Incarnatione domini nostri Jesu Christi milesimo nonagesimo octavo — mense Junii — Indictione Sexta ..... Ecclesie Sancti Pauli sita in loco Bucione. — Ego Gisilbertus filius .... Magifredi, item Comes de Comitatu Pergamensi, qui professo sum ex nacione mea vivere Longobardorum amicus et benecupiens atque donator presens presentibus dixi etc. — Quapropter dono a presenti die dilectioni ejus et in suo jure et potestate per anc cartam donationis proprietario nomine ...... confirmo, idest petia una de terra campiva juris mei, quam habere visus sum in loco et fundo Umbriano, et jacet ad locus dicitur in Sablone, coheret ei a mane Sancta Trinitate, a meridie com .... ibique alie sunt coherenties etc... est per justa mensura pertices legitimes sex, que autem suprascripta pecia de terra juris mei, superius dicta, una cum accessione et ingressione seu cum superiore sua qualiter supra legitur in integrum a presenti die, ego qui supra Giselbertus dono cedo et confirmo faciendum exinde pars ipsi Ecclesie aut pars cui ipsius Ecclesie dederit quid quid volueritis sive omni mea etc. quia in tali tenore accepi ego qui supra Gisilbertus a parte predicte Ecclesie Sancti Pauli pro misso suo, dominus Presbiter Petro Monacus Launechild man ...... uno, et ec mea donacio sicut supra legitur firma permaneat atque persistat.

Actum loco Suncine feliciter.

Sig. ✝ ✝ ✝ manuum supradicti Giselberti qui hanc cartolam donationis fieri rogavit et suprascriptum Launechild accepit ut supra omissis testibus.

✝ Ego Jhoannes notarius Sacri Palatii, rogatus scripsi post tradita complevi et dedi.

✝ Gisilbertus Comes unc signum fecit.

Archivio di detto Monastero.

3.

1118, 19 Giugno.

I militi Soncinati ricevono dai Cremonesi l'Investitura del feudo di Soncino.

Actum ante Ecclesiam Majorem Cremone 1118. 13 Kal. Julii. Indictione X.
Ex codice signat. A. N. 276.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Uti populus Cremonensis providit primo superiori parte Episcopatus Cremone post deinde cumque ubi foret necessarium, suscepit milites septem quorum nomina designantur inferius et elegit in Curia ejusdem Episcopii septem viros urbis Cremone et precepit eis quatenus investierent populi vice eos milites per feudum de Curia Soncini sicut ipse adquisitionem procurabat a gastaldione ejusdem loci. Ideoque ju ssione accepta hii septem viri urbis Cremone Albrigonus filius Quazonis, et Ognabene Carzolatus, et Bernardus Picinus, et Gulielmus filius Richeri, Albertus filius Rozonus Madelbertus Albertus Riboldi, et Petrus Calvus in eadem curia Episcopii et in presencia ejusdem populi Cremone et eodem die Martis qui fuit quartodecimo Kal. Juli. Cum Lancea, cum vexillo investiverunt talitervice populi Cremone hos milites per feudum de prefata Curte Soncini: Ut defuncto patre veniat ad hoc feudum secundum usum feudi, filius vel filii masculi. His deficientibus veniat femina, ea tamen que maritum accipiat qui loco Soncini habitet et feudum serviat. Si femina ei non fuerit tunc ea vice prefate Investiture veniat ad investituram hujus feudi ille qui propinquus ejus est qui ibidem de cetero habitet et feudum serviat. Deficiente autem propinquo investituram fecerunt taliter ut superstites habeant licentiam acquirendi alium qui populus Cremone non habeat odio ut investiatur de hoc feudo et ibi stet ad habitandum et veniat ad investituram ut vassallus .... post talem investituram juravit unusquisque militum ita: Ego nec studiose in facto ero, nec Consiliator ero, ut urbis vel suburbium Cremone capiatur vel.... aret vel Populus Cremonensis bas-

setur vel virtute impediatur indefe...... tit ab aliquo mortali vel a quolibet Castrum et Curtem Soncini sine differencia persone, contra omnes mortales qui studuerint tollere vel auferre ad honorem populi Cremone tenebimus ad ejus honorem quandiu poterimus: Si autem auferrent vi, vel alio modo, nos bona fide pro posse dabimus operam ut recuperet ad honorem populi Cremone et ejus fidelitatem; quod si facere non potuerimus neuter nostrum in eo ultra habitabit quandiu sic steterit nisi per parabolam tocius Consilii urbis Cremone. Nec Castrum hoc ut ita dicam rebelabimus populo Cremone, guerram sine terore patiemus idem nostrum Commune faciet nisi idem Consilium jusserit postquam notum fuerit hoc nobis vel per Commune Consilium vel per duos idoneos nuncios pacem tenebimus ubi idem Consilium jusserit excepto exstraneis illis a quibus jura nostra tueri vel eruere volumus. Si scelus aliquod fecero per quod debeam amittere hoc debitum secundum usum populi Cremone, recedentiam indefaciam postquam mihi ter denuntiatum erit vel si ad defendendum cum ratione venero ante Consilium Cremone recedam postquam convictus fuero. Ostem ut ita dicam cum populo Cremone vel cum parte fatiemus si abeodem Consilio inde certi fuerimus. Si Cremonenses portabunt ibi ad dispendium de suo adducimus nobiscum de nostro ad dispendium; nuncios Cremome audire non contemnemus, populi Cremone fidelis ero ut vasallus domino Iuvenibus hoc idem Sacramentum secundum quod suprascriptum est faciemus facere postquam quatuordecimum annum compleverint si petitum fuerit. Si qua· lis orta est inter aliquem de Soncino et alium de aliis Cremonensibus, nos costringemus terram si conveniret ubi stet de lite in laudamento illius qui de Soncino Consilium Cremone eligerint, sine dolo et fraude illas Credencias unam vel pluries quam vel quas Consilium Cremone aperuerit mihi per se vel per suum certum nuncium vel per literas non pandam ad damnum vel dedecus Consilii vel dicentis. Non suscipiemus aliquem ad continuum habitaculum firmandum in loco Soncino nisi eum qui juret de se sicut juravimus: nec concordiam sub vinculo aliquo faciemus sine petita et data parabula totius vel majoris partis Consilii Cremone, cum aliquo populo vel cum aliqua plebe vel aliquo Capitaneo vel ullo majore de Capitaneo. Promiserunt insuper se daturos quinque soldos Mediolanensis monete in unaquaque festivitate Sancti Imerii quo populus jusserit. Hec sunt autem verba Sacramenti hujus quod Populus Cremonensis fecit per nuncium suum Militibus de Soncino: Nos adjuvabimus Milites de Soncino ut teneant suprascriptum Castrum Soncini ad nostrum honorem, nec virtutem faciemus eis fieri sine

aperta offensa et culpa: et si eis ablatum vel tolletum erit nos adjuvabimus eos Milites per bonam fidem ad recuperandum ipsum locum ad nostrum honorem ut supra.

Hoc Sacramentum fuit factum ante Ecclesiam majorem Cremone, die mercurii qui est tertiodecimo Kal. Juli, anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo octavodecimo. Indictione decima.

Ego Enricus notarius Sacri Palatii interfui et hoc breve scripsi.

Archivio segreto del Comune di Cremona. — Copia avuta dal dottor Cereda.

4.

1120, Maggio.

Privilegio di immunità concesso dal Papa Calisto II alla Cappella di San Michele di Soncino, di pertinenza dei Monaci del Convento di S. Paolo d'Argon, contado di Bergamo.

Calistus episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis Alberto priori, et Monachis Monasterii S. Pauli apud Argon, salutem etc........ Vestris ergo petitionibus, filii in Christo carissimi annuentes ad exemplar. dom. Predecessoris nostri Sancti memorie Pascalis Pape locum vestrum cum omnibus ad ipsum pertinentibus sicut et cetera Monasterii Cluniacensis membra sub Apostolice sedis tutela excipimus et Beati Petri patrocinio communibus et statuimus enim at quecumque bona in presenti XIII. Indictione ad cellam vestram legitime pertinere noscuntur quecumque etiam ei offerre vel aliis justis modis adquiri contigerit vobis vestrisque successoribus quieta semper et illibata permaneant sub abbatis Cluniacensis obedientia et dispositione servanda, in quibus hec visa sunt exprimenda vocabulis. Capella S. Marie de Argon. — Curtis de Sarnico, cum tribus capellis. — Capella Sancti Michaelis de Soncino. — et Sancte Trinitatis de Crema...... cum omnibus ad predictas capellas pertinentibus, decernimus ergo ut nulli hominum liceat eandem tenere perturbare vel ejus possessiones auferre vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum...... hanc nostre constitutionis.... paginam.... contra.... venire temptaverit.... potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio............ et in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem

loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatenus hic fructum bone actionis et apud districtum judicem premia eterne pacis percipiant. Amen. Amen.

L. S. Ego Calistus Catolice Ecclesie Episcupos

Datum Placentie per manum Grisogoni Sancte Romane Ecclesie diaconi Cardinalis ac Bibliotecarj XI. Kalenda Maji Indic. XIII. Incarnat. dom. anno M CXXI (1). Pontificatus autem d. Calixti II. P. P. anno secundo.

Archivio del Monastero di S. Paolo d'Argon.

Nota. — Consimile privilegio venne rinnovato dal Pontefice Onorio II nel 1125. XI. Kal. decembris Indict. IV.

5.

1120, Ottobre.

Convenzione fatta tra Giovanni Cristinieni, Giovanni Bastardo, ed altri vicini di Levate, con Alberto signore di essi vicini, e figlio del Conte Arialdo abitante di Soncino.

Una die que est in mense Octobri, in loco Lavate presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, convenerunt interse idest Joh. Christinenis, et Joh. Bastardo et vicinis et consortis de Lavate una cum Albertus senior eorum vicinis et filii Arialdi Comes abitator de loco Suncino. Eo tamen ordine ut ipsis vicinis et consortis cum suorum heredibus modo in antea debeant dare per singulos annos eidem Alberti Comes vel ad suos heredes fictum modia quatuor de grano .... quas ipsi homines nunc habent vel in antea adquisiverint in loco et fundo Lavate ... et tunc ille qui se subtraxerit componat suprascriptum fictum in duplum et postea omnia adimplere debeat ut supra quia in tali tinore acceperunt ipsis vi-

(1) Secondo l'anno pisano, che corrisponde al 1120 dell'anno volgare.

cinis et consortibus cum suorum heredibus ab eodem Alberto Comes vel ab heredibus ejus finem et refutationem nominative de omni condictione et fodro seu pasto et albergaria et uso et obsequio excepto denarii de pasto Sancti Alexandri et Castillantia de Castello si in ipso loco Lavate et levaverit et de destricto de furto et de adulterio atque testarotura et ipse .... si ei venerit lamentationem non debet dare bandum supra solidos quinque quia sic item se convenerunt.

Factum est hoc anno domini millesimo centesimo vigesimo, indictione quartadecima.

Archivio del Monastero d'Astino. Fasc. *E.*

6.

1122, Gennajo.

Convenzione fatta nel Castello di Soncino, tra il Conte Alberto ed alcuni di Ciserano, che avevano possessioni in Levate.

Una die Mercurii que est in mense Januarii presentia bonorum hominum quorum nomina supter leguntur, in castro novo de Suncino, convenit se Johannem fil. qm. Andree prose et pro Andrea et Johannem germani et filii qm. Joh. de Cixirano ut ab hodie in antea debeant dare ipsi et eorum heredes ad Albertum Comitem et ad suos heredes sextaria quindecim de grano medietatem frumenti, et medietatem de milio anualiter in festivitate Sancti Laurentii et Sancti Martini ad sextarium currentem de civitate Bergamo de rebus et possessionibus illis quas nunc habent aut in antea adquistare potuerint in loco et fundo Lavate et trahere debent istum sictum in loco ubi ipse Comes habitaverit aut in loco Azano aut in civitate Pergamo vel in alio loco ubi pro tempore habitaverit........ tam longe non plus quam in loco Soncino dato et consignato.... et alia super imposita si non fiat quia supra dictus Albertus Comes fecit eis finem et refutationem de omnibus conditionibus excepto de ipso facto quod in hoc breve legitur et de denariis de pasto Sancti Alexandri et de levamento Castri et ville de loco Lavate et de districto de his tribus causis si lamentacionem evenerit de furto de adulterio et de testa ruptura, et lamentacio facta fuerit ultra solidos quinque pro banno eis tollere non debet et spoponderunt etc.

Factum est hoc anno ab incarnatione D. N. J. C. millesimo centesimo vigesimo secundo supradicto die, indictione prima. Ego Vilielmus Notarius Sacri Palatii etc.

Archivio del Monastero d'Astino. H. Fasc. 3.

7.

1131, 12 Marzo.

Vendita fatta dal Conte Alberto figlio del fu Arialdo di Soncino, e de' figli suoi, moglie e nuore, di tutti i beni loro spettanti in Levate al Monastero di San Sepolcro di Astino.

Anno ab incarnatione D. N. J. C. millesimo centesimo trigesimo primo duodecima die mensis Marti Indict. X. constat nos Albertus filius qm. Arialdi Comitis et Bellafiore jugal. filia qm. Alberti Comitis seu Airaldum et Rogerium fillii suprascripti (*ita in aliis*) isti Alberti et Belvidere conjugem isti Arialdi atque Ermengardam conjugem isti Rogerii qui professi sunt........ nis lege vivere Longobardorum consentiente mihi ista Bellaflore isto Alberto jugale Mondoaldo meo et nobisistis Airaldo et Rogerio consentientie isto Alberto genitore nostro et nobis istis Belvidere Termengarde consentientibus istis viris et Mondoaldis nostris per consensum isti Albertus genitoris eorum et supter confirmantibus et juxta eandem legem una cum noticia et interrogacione de propinquioribus parentibus nostris et istis mulieribus tui sunt Ribaldus de Dovaria et Lanfrancus filius ejus propinquiores mei iste Bellaflore et Joannes pater meus et Albertus Barbanus meus iste Ermengarde in quorum presenciam et testium certam facimus professionem et manifestacionem nullam nos pati violenciam a quopiam homine neque ab istis viris et mondoaldis nostris nisi nostris bonis et spontaneis voluntatibus accepissemus nos omnes communiter sicuti in presencia testium manifesti sumus quod accepimus a parte Monasterii Sancti Sepulcri sito in Comitatu Bergamo prope Civitate in loco ubi dicitur Astino per dom. Maifredum Abbatem ejusdem Monasterii argeati denariorum bonorum Mediolanensium libras nonaginta finito pretio sicut et inter nos convenimus pro tota nostra tenuta de terra de pasculo vel de aqua quam nos habemus et tenemus per proprietatem vel alii p. nobis tenent sive servi sive liberi vel que pertinet nobis proprietario jure in loco uti dicitur Lavade in isto Comitatu de Bergamo et in pertinentis istis loci et in integrum vendimus nos isti jugales iste Ecclesie jam dictam tenutam proisto pretio sicuti ego istus Albertus et mei fratres et nostri antecessores tenuerunt vel aliis ab eis tenuerunt proprietario jure in isto loco Lavade omne illud totum quod ad nostram proprietatem inveniri potest in jam dicto loco et nobis pertinet et sicuti jacet ipsa nostra proprietas in castro et spoldo et in villa et vineis et in busco et campis et pratis et aquis et cum casis etc. etc.

Omissis meris solemnitatibus.

Actum in Civitate Cremona feliciter.

Sig. ✝ ✝ ✝ ✝ ✝ ✝ manum storum Alberti et Belleflore seu Arialdi et Belvedere atque Rogerii et Ermengarde qui hanc cartol. etc.

Sig. ✝ ✝ manum storum Ribaldi et Lanfranci qui stam Bellaflore interrogaverunt.

Sig. manum ✝ ✝ ✝ storum Girardi et Baldoini qui istam Belvedere interrogaverunt.

Sig. ✝ ✝ manum storum Joannis et Alberti qui stam Ermengardam interrogaverunt ut supra.

Sig. ✝ ✝ ✝ ✝ manum Desiderii et Nicole de Sorlasco atque Joannis de Candino et Pulcinus de Brembate, Scutesii de Curnasco et Alberti Amalvecati rogat. testimn.

In predicto die et in eodem loco suprad. Albertus dedit guardiam sti Abbati sub pena quinquaginta librarum denariorum tali modo si ipse potuerit invenire chartas que pertinent ste tenute et sesto die usque festum Pasche Pentecostem proximum venient quod ipse debet eas dare iste Ecclesie.

✝ Ego Bene-in casa Causidicus in...... hic subscripsi.

✝ Ego Petrus Not. S. Palat. hanc chartam tradidi et scripsi atque complevi et dedi.

Archivio del Monastero di S. Sepolcro in Astino.

8.

1162, 13 Giugno.

Diploma imperiale di Federico I che concede ai Cremonesi le terre ed il Castello di Soncino, S. Bassano, Pizzighettone e Castelnuovo Bocca d'Adda.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator et semper augustus. Dilectis fidelibus suis. omni comuni Cremonensium. et Consulibus eorum tam presentibus quam futuris in perpetuum Provocant nostre beniguitatis studium devota nostrorum obsequia fidelium. quatenus circa eos propensiori simus provisione soliciti qui nobis promptiori servitii semper extiterunt fidelitate obligati. Proinde quia vos Consules et totum comune Cremonensium inter alias Ytalie civitates in sacratissimi imperii nostri servitio excellenter enituistis. placuit nostre serenitati confirmationem concordie que inter nos et civitatem nostram facta est. ad posterorum notitiam presenti scriptura ministerio transmittere,

Statuimus siquidem et convenimus vobiscum. ut quamdiu in Lombardia fuerimus quando Consules nostri mutandi sunt, si placuerit nobis mittemus nuntium nostrum qui consilio Sapientum eligi faciat Consules ad honorem Imperii et salvamentum civitatis nostre. ac postea omnes electi Consules investituram a nostra majestate recipient. Si vero transalpinaverimus aut ultra Appeninum seu Marchiam Anchone transierimus concedimus vobis ut secundum arbitrium vestrum cernatis Consules ad servitium Imperii et salvamentum civitatis. et tunc unus aut duo ex his ad presentiam nostram venient vice omnium investiendi. et omnia regalia tam in civitate quam extra per totum episcopatum vestrum sive in aquis seu in terris seu personis sicut nunc habetis vel ante obsidionem Creme habuistis. in theloneis predictis. ripaticis in fodro moneta: in banno in omni jure regalium et auctoritatem faciendi justitiam unicuique infra civitatem et per totum episcopatum secundum leges et bonos mores ad concordiam civitatis. hec videlicet et omnia de manu imperiali recipient et nominatim Castra hec SUNCINUM. et Sanctum Bassianum et Piz*um*guitonem. et Castellum novum quod est in episcopatu Laudensi. Sane ut pro his regalibus omnibus vos Consules presentes. et quicumque futuri estis nobis et successoribus universis nostris Regibus et Imperatoribus ducentas marchas argenti boni in festo Sancti Martini annuatim persolvatis. atque ubi requisierimus ac mandaverimus in Lombardia nuntiis nostris certis bona fide presentes. excepto eo anno quando imperiale fodrum per Lombardiam accipiemus. et per Cremonensem episcopatum similiter id colligemus. tunc prescripte pecunie. idest ducentarum marcharum dationem non prestabitis. pro fidelitate autem vestra fodrum intra muros vestre civitatis et suburbio ejus vobis in perpetuum concedimus. investimus etiam ut successores nostri Reges et Imperatores eamdem Concordiam et idem pactum quod nos vobiscum facimus firmum et stabile conservetur. ac scriptis suis corroborent. et vos similiter eadem fidelitate et conventione que inter nos et vos firmata est. illis perpetuo teneamini. Nullus autem apud vos in Consulatu accipiatur. qui non juret se hanc pensionem in suo Consulato et termino prescripto soluturum quando per certum nuntium fuerit requisitum. Et in Consulato nemo recipiatur nisi nobis aut successoribus nostris Regibus seu imperatoribus fidelitatem juret. si nec dum juraverit. Quicumque vero jurat sacramentum in introitu Consulatus li nominatim jurabit. ut guidabit et reget populum Cremonensem intus et foris ad fidelitatem et honorem ac servitium nostrum et salvamentum civitatis, et semper interseretur in sacramenta. et Consulum et aliorum quod fidelitatem ser-

vabunt nobis sine fraude et malo ingenio et fraude non emittent quando mandata que fecerimus per debitum fidelitatis vel per nos vel per certas nostras litteras bona fide attendant. Volumus etiam. ut cum nulla civitate conjurationem sine parabola nostra faciatis. et quolibet quinto anno sacramentum fidelitatis nostre renovari faciatis. ab illis qui nondum fecerunt. Pro fidelitate autem et servitio quod vos Cremonenses gloriose nostro exhibuistis imperio. li vobis munifica largitate concedimus quod milites et burgenses qui in castello Creme habitant imperio rebellantes. et quos in banno nostro posuimus nunquam a banno nostro absolvemus nec in gratiam nostram eos vel heredes eorum recipiemus nisi in presentia nostra et Consulum Cremone jurent. quod inter Ticinum et Adduam non habitabunt. nec in his civitatibus et episcopatibus subnotatis videlicet Pergamensi. Brixiensi. Mantuano. Parmensi. Placentino. nec in episcopatu Cremone. nec in terra Cremensi umquam habitabunt nisi parabolam nostram datam ex voluntate Consulum Cremonensium qui nunc sunt vel futuri sunt. ita quod hanc publice in concione pronuntient. Villas autem omnes quas habebant Cremenses in nostro habebimus dominicatu et potestate atque dominio. excepto castello et burgo Creme quod nostra vobis munificentia concedimus. quod si episcopus Cremone aut civis aliquis Cremone de aliqua Villarum ipsarum querimoniam habet. nos ei justitiam pro debito faciemus. Porro Ville omnes ille jurabunt stare ad mandatum nostrum aut certi nostri missi ad hoc destinati. Murum quoque nec fossatum nec fortiam neque burgum novum in toto episcopatu Cremonensium facient. Omnes autem villani prenominati in presentia missi nostri et Consulum Cremonensium jurabunt quod personas et res Cremensium per totam suam terram salvabunt. et non erunt in consilio vel facto quod Crema vel aliquod castellum seu fortia infra terminos in Cremonensium privilegio designatos relevetur. aut rehedificetur. vel de novo construatur. Si autem hoc facere temptaverint. bona fide jurabunt defendere. quod si aliquis militum Cremensium Cremone habitaverit, per parabolam nostram datam ut supra de terra Cremensium nullo modo se intromittet. nec Consules id sine nostra permittent parabola. Imperiali quoque magnificentia nostra sancimus. a prefatis villanis eadem sacramenta quolibet quinto anno renovari et e contra personis ac rebus ipsorum villanorum pacem firmissimam per Consules Cremonenses in publica concione jurari. utque homines de SUNCINO et de Pizeguitono et de Sancto Baxiano ac de ceteris burgis ac villis Cremonensium que vicine sunt similiter faciant imperatoria jussione nostra decernimus. statuimus ergo et imperialis nostre auctoritate

confirmatione roboramus. quatenus hec a nobis inter imperium et civitatem vestram facta atque corroborata Concordia perpetuo rata et inconvulsa permaneat. Et de omnibus suprascriptis comune Cremone et Consules investimus ita ut quod in hac pagina prescriptum est a nobis ac successoribus nostris Regibus et Imperatoribus vobis ac civitati vestre stabiliter conservetur. et vos ac vestra civitas nobis ac nostris successoribus Regibus et Imperatoribus in his que similiter prescripta sunt tam in pactione quam in fidelitate perpetuo sitis obligati. Et ut hec nostre serenitatis preceptio perpetuum sue firmitatis robur obtineat. presentem hujus attestationis paginam manu propria roborantes. majestatis nostre sigillo jussimus insigniri.

Nomina hec sunt Consulum Cremonensium qui investituram hanc nomine totius comunis Cremone ac ceterorum Consulum a manu Imperiali receperunt. Gilius de Dovaria. Oto de Persico. Bernardus Pizinus. — Aliorum Consulus nomina hec sunt. Anselmus de Dovaria. Oto Brugnolus. Ponzius Giroldi. Marchisius Marianus. Jaginus de Persico. Pizo de Burgo. Marchius Vetulus. Hec autem nomina sunt testium. Principum videlicet et Baronum ac militum qui huic investiture interfuerunt. dominus Reinaldus Coloniensis archiepiscopus et Ytalie Archicancellarius. Episcopus Verdensis. Marchio Albertus de Saxonia. Comes Immido castellanus Magadato (sic) Comes Gevehardus de Luchenberch. Bernardus de Hurstmere Marchio Montisferrati Guilielmus Marchio Opizo Malaspina. Guilielmus frater ejus. Comes Blanderatensis Guido. Rainerius et Assalinus de Sancto Nazario. Opizo Bucafol. Rogerius Catas. Albericus Ermizonis. Albertonus. Muniginusde Tizingo. Pegora Albertus Bonus filius. Ribaldinus de Sancta Agata.

Signum Dom. Frederici Imperatoris Romanorum invictissimi.

Ego Reinaldus Coloniensis electus archiepiscopus et Italie archicancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo secundo Indictione X. regnante domno Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni eius X. imperii vero VII.

Data Idibus junii extra portas civitatis Papiensis apud Sanctum

Salvatorem ubi Capella domini imperatoris erat. in nomine Domini feliciter Amen.

Nota. — Ricavato da un apografo, dal dottor Ippolito Cereda rinvenuto e non registrato in alcuno dei tre Repertorj dei diplomi del Comune di Cremona.

9.

1170, 27 Luglio.

Sentenza in favore dei Canonici di S. Vincenzo di Bergamo, pronunciata dai Consoli del Castello di Soncino.

Die Jovis qui fuit Sexto Kalend. Augusti

In Ecclesia Sancte Marie Plebis loci Suncini, sita in Castro novo ipsius loci Suncini, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur.

De-lite seu controversia que vertebatur inter dom. Adelardum Archidiaconum et Prepositum Sancte Bergamensis Matricis Ecclesie Sancti Vincentii et ipsius Ecclesie sue nomine et Stephanum de Fara modo habitatorem ipsius Castri Suncini sub consulibus ipsius loci Suncini, scilicet Dodone Traduino et Alberto de Colongno et Johanne Bono de Zelathe qui cognoscebat inter eos de illa lite datis ei pignoribus a partibus que lis talis erat:

Dicebat idem Archidiaconus nomine Ecclesie sue Sancti Vincentii ipsum Stephanum tenere medietatem unius sortis que medietas est quatuor jugera vel parum minus nomine ipsius Ecclesie Sancti Vincentii ad sex sextarios grani ad sextarium loci predicti Fare annualiter solvendo eidem Ecclesie Sancti Vincentii que quidem sors et predicta quatuor jugera terre adjacent in predicto loco et fundo Fara que dicitur antiquitus Fara Olivana cujus sortis Petrus Garibaldi tenet aliam medietatem pro eadem Ecclesia Sancti Vincentii quam sortem idem Archidiaconus dicebat fore juris ipsius Ecclesie Sancti Vincenti et esse octo jugera et similiter dicebat Archidiaconus quondam Gualam de Rumano donasse ipsam sortem Ecclesie Sancti Alexandri ipsius Bergamensis civitatis, et dicebat ipsam Ecclesiam Sancti Alexandri dedisse illam sortem ex causa permutationis Ecclesie sue Sancti Vincentii et de hoc idem Archidiaconus ostendit duo instrumenta publica . . . . ., itemque petebat Archidiaconus ab eodem Stephano predictos sex sextario grani annualiter a decem annis infra cujus temporis dicebat non fuisse solutos; que quidem omnia idem Stephanus infitiebat . . . .

Tunc predictus Dodo Traduinus in concordia et parabula ipsorum sociorum suorum et eorum presentia et utraque parte presente hujusmodi sententiam protulit et Laudamentum fecit dicens...... Iudico et pronuncio predictam terram de qua erat lis esse juris Ecclesie Sancti Vincentii et e converso absolvo Stephanum ego Dodo a peticione istorum sex sextariorum grani a decem annis infra petitorum ab ipso Archidiacono........................

Hoc autem factum est anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo, isto die, indict. tertia, ubi interfuerunt rogati testes..............................

....

Ego Barisalt Notar. interfui et hoc breve sententie rogatu istorum Consulum Potestatum quorum Consiliarius et assessor in hac lite eram scripsi.

Archivio della Cattedrale di Bergamo. Canc. M. Fasc. primo.

10.

1189, 4 Settembre.

Estratto autentico del rogito 4 settembre 1189, col quale il Vescovo di Cremona Sicardo decreta la costruzione del Castello di Fornovo, dichiarandolo libero siccome quello di Soncino.

Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, Indictione Octava — die Jovis — Sexto mensis Novembris. Super Palatio Communis Soncini — in Soncino. — In presentia Manfredi de Sancto Baxiano, et Jacobi de Cropello de Soncino, notariorum; nec non in presentiam dd. Machinaldi de Legalis, Monati de Andrachis, Petri de Barbois, Adriscii de Cropello, et Lanzionati de Lanzonibus, omnium de Soncino, testium ibi rogatorum.

Ego Rodulphus de Andrachis Notarius Sacri Palatii et licentia mihi concessa, et jujuncto mandato seu precepto a domino Ugolino de Gazis, nobilissimi viri domini Bosii de Dovaria perpetui domini, Potestatis et Rectoris Com. Soncini. — Sedente pro Tribunale, ut deberet autenticare, et in publicam formam redigere, ad eternam rei memoriam habendam et retinendam, quodam instrumentum publicum, factum ab Azone, Imperatoris Federici notario, et subscripto ab Othone Sacri Palatii Notario, ibi visum et lectum. Tenor cujus talis est:

« Anno ab Incar. Dm. nostri J. C. Millesimo centesimo octuage-

» simo nono. — die Lune quarto intrare Septembre, indict. VII. —
» Presentia bonorum hominum quorum nomina supter leguntur. —
» Dominus Sicardus dei gratia Cremonensis Comes et Episcopus,
» decrevit edificare Castrum, et costruere in loco, seu Curte For-
» novi. — Quod ipsum Castrum Comes Ghirardus tunc temporis,
» quando erat Potestas Civitatis Cremone, nomine Comunis Cremone,
» Statuit esse liberum sicut est Castrum Soncini.... etc. »

Dal Codice di Siccardo, intitolato: *Liber Privilegiorum Episcopi Cremonensis,* a pag. 220.

11.

1192, 30 Novembre.

Estratto dal rogito con cui i Cremonesi accordano agli abitanti di Binanova le franchigie dei Soncinesi.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo nonagesimo secundo. Indictione undecima — die lune ultimo exeunte Novembre. — In Palatio Cremone. — In credentia Cremone sonata et collecta ad sonum campane. Dominus Martinus Marianus et dominus Gubertus de Multis denariis et dominus Vilelmus de Bellotto et dominus Rogerius Biaqua Consules Comunis Cremone nomine et vice Comunis Cremone et consilio et parabola suprascripte credentie investiverunt Petronum de Sancto Felice, et Morandum de Pescarolo, et Aghium...... et Johanem de Andana, et Adamonum...... de loco seu Castro nuper edificato ad Binam novam in ripa Olei suo nomine omnium castellanorum et hominum habitantium in eodem castro. Nominatim de libertate prenominati Castri. Ita ut supscriptum castrum sit liberum et homines in eo habitantes sint liberi et ab omnibus oneribus civitatis Cremone sint absoluti sicuti est castrum Soncini, et sicuti sunt homines in eo habitantes.

Ibi interfuerunt Henricus de Tincto et Raimundus Aldoinus et Gazotus notarius et Maltraversus de Madelbertis et Ysaccus de Dovaria et Poncius de Ariberti et Avantius notarius atque Vilielmus de Dovaria testes rogati.

Ego Otto notarius Sacri Palacii interfui et hanc cartam jussu et rogatu suprascriptorum consulum credentie scripsi.

Ego Lanfrancus Federici imperatoris notarius autenticum hujus exempli vidi et legi et sic in eo continebatur ut in isto continetur exemplo nisi forte littera vel sillaba scripsi.

Ego Vuido comit. palat. notarius etc.

Archivio segreto di Cremona.

12.

1193, 11 Luglio.

Decreto del Pubblico di Brescia per la costruzione delli Orzinuovi.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Anno millesimo centesimo nonagesimo tertio, indictione undecima.

In hoc spatioso mundi mare rector quisquis providus in conflictu ventorum ideo ne mergatur crebris procellarum fluctibus viriliter resistere debet et non deficere, ut propulsatis cunctis inundationum fluctibus post sudores ac laboris gemitum sumto porti loco sibi faciat parvi-pendendo estuantis rabici jaculum.

In suo igitur regimine Brixiensium Consules turgido valetudinis tempore cum immanitas malignorum spirituum fere universum orbem convitiasset et gentem contra gentem, regnum adversus regnum excitasset acciditut Cremonenses et Bergamenses cum quibusdam aliis civitatibus conspirati contra Brixienses nimis pertinaciter decertarent, et quia siquidem locus Cremone scilicet SUNCINUS non solum dissensionis tempore sed etiam pacis tranquillitate nunquam cessabat debiles agricolas ac viculos Brixiensium miserabiliter affligere visum fuit fore congruum Brixiensis civitatis Consulibus ac Sapientibus quemdam suum locum de Urceis quasi de quodam latibulo extirpare ipsumque in loco S. Georgii reedificare et malitiei hominum de Suncino ac suorum resistere. Verum quia non sine admiratione hominibus de Urceis satis videbatur horribile populis lares predia plantationes delicatas, locumque munitum ac fertilem pro habitatione deserta, etterra quasi inculta deserere, nisi aliquod emolumentum exinde deberetsentire, habita est autem super is dispensatio a Consulibus ac sapientibus civitatis Brixie et admissa est petitio vicinorum de Urceis quam in scriptis dedere cujus hoc est exemplum quod aprobatum est:

« In Christi nomine hoc petit Commune Urceorum Communitati Brixie pertinere S. Georgii Scilicet Castrum ita magnum in quo possint octo centum ignes stare, et tale fossatum ut habet Pontevicum, et etiam melius si fieri potest.

» Item ut Commune Brixie faciat aquas trahi a sero et mane Castri, et omne edificium quod factum fuit in aquis illis sit communis illius castri.

» Item ut mercatum sit Communis et cum omni honore et ut

omnes habitatores hujus Castri sint liberi ex omni re, ut sunt illi Civitatis Brixie.

» Item ut Mercatum non sit a sero porte Melle, nisi esset in Rivera.

» Item ut Commune Brixie emat terram sua pecunia videlicet hominum de Urceis a mane Castri medium milliarium, a meridie Castri medium milliari um, a monte predicti Castri medium milliarium.

» Item pascum bestiarium in tota curte Aghuzani in terris vacuis et Communibus Aghuzani, illud item in curte de Barcis, et de Rivolta, Ovenengo et Campagnola, et ut homines predictarum terrarum sint vicini hujus Castri.

» Item ut dominium hominum de Urceis, et alie res trahantur ad illud Castrum et ut dentur Magistri terrarum ad eas domos reedificandas.

» Item Castrum reedificatum ex portis, turribus, stellis aliisque rebus que sunt necessarie ad castri defensionem.

» Item ut sit positum et statutum Brixie Consules omni anno meliorare Castrum illud et hoc totum in perpetuum sit et teneat firmum et ratum.

» Item ut Consules Brixie non dent parabolam alicui homini habitationis istius Castri sine potestate de Urceis, et sine Consulibus, et ut aliquis non possit vendere extra predictum Castrum nisi eum ante habuerit habitatum.

» Item ut ponatur certum terminum infraquem quilibet habeat habitare et si non habuerit habitatum ut redigatur in Commune Urceorum. »

Approbata itaque et concessa super descripta petitione a Consulibus Brixie atque in conspetu Brixiensis populi in publica contione, cum tuba et tintinabulo pulsata a scriptore Communis recitata D. Emanuel de Concesio, jam dicte Civitatis Consul, presentibus d. Petro Villani qui tunc contionabatur, domino Apoxatio, domino Manicholdo Tetocio etc., consulibus, et consentientibus, vice et nomine Communis Brixie cum quodam lancea et vexillo investivit dominus Martium de Petanalupo electum Potestatem Castri S. Georgi nuper per Commune Brixie edificati atque Lanfranchum Garabelli, Oprandum de Glarola et Albertum de Casali Consules de Urceis, vice et nomine Universitatis eorum qui sunt habitaturi in ipso Castro S. Georgii, nominative de pretaxato Castro S. Georgii cum omnibus suprascriptis honoribus et concessionibus, ut deo propitio eorum libera sit transmigratio in-felici embola et multiplicentur in Semine et divitiarum plenitudine cum gratia divi et eterni Dei et Brixiensis civitatis honore et debita devotione nunc et in perpetuum. Amen.

Actum est hoc in civitate Brixie in congregatione presentibus Comite Manfredo de Martinengo, D. Joh. de Gussago, D. Girardo Prandoni qui dicitus Lanzonus etc. etc. et aliis in pubblica congregatione presentibus die dominico undecimo intrante mense Juli, rogati sunt Ambrosius Vittoni Notarius et instrumentum publicum confecere.

✝ Ego Petrus Brugnolus a d.no Henrico Rege et Imperatore Iudex ordinarius factus ac jussu Regis constitutus interfui et rogatus a supradictis Consulibus Communis Brixie ut publica et plura instrumenta conficerem hanc scripsi et compleviin Christi nomine die Sabbati VII intrante Octobri in Laubia lignorum Com. Civitatis Brixie.

Monumenta Soncini. Vol. I, pag. 27.

13.

1200, 10 Ottobre.

Il Comune di Cremona investe Maltraverso de' Madalberti del feudo di Soncino.

Actum in Platea Majoris Ecclesie Cremone 1200, 10 Octobris.
Ex Codice Maximo signato A N. 274.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo. Indictione quarta die Dominico decimo extante mense Octobri. In Platea majoris Ecclesie Cremone. In pubblica Concione collecta ad tubam ed ad campanas presentia Teotaldi de Antiochia. et Alberti de Seuria. et Ottonis de Barba de Calso. et Roberti Moscii et Teutaldi Preconati et Andreae Tovenci. et aliorum multorum Militum et peditum testium ibi rogatorum.

Dominus Lanfrancus de Roglerio. Potestas tunc Cremone presente domino Bertramo de Moresco. de Rivola similiter tunc Potestate Cremone. et eo dante parabolam per parabolam Militum et peditum viva voce ad arengum datam fiat nomine Communis Cremone investivit honorifice per feudum Dominum Maltraversium de Madalbertis tunc Potestatem Castri Soncini episcopatus Cremone nomine ipsius Castri Soncidi cum uno Confanono in manibus nomine militum et popularium et Castellanorum et habitatorum et vicinorum ipsius Castri Soncini de suo recto feudo scilicet de ipso Castro et ejus Curte et honore et de ejus pertinentiis sicut predecessores hominum Soncini aquisiverunt per feudum a Communi Cremone salvo honore et ratione Cremone. et dominus Maltraversus suprascriptus dixit ibi quod homines suprascripti castri sunt vassalli Communis Cremone. et Bertramus de Barche

dixit quod quinquaginta homines fuerunt illi qui aquisiverunt per feudum Soncinum a Communi Cremone et quod consuetudo Soncini talis est Scilicet ex quo pueri Soncini habentes quatuordecim annos ipsi jurant fidelitatem primo Communi Cremone. Et suprascripta omnia fuerunt facta tempore Domini Filippi Regis ut dicitur de ipso Rege.

Ego Arancius Sacri Palatii notarius interfui et hanc Cartam rogatus Scribere Scripsi.

(*a tergo* N. 274)

Investitura honorifica de feudo Soncini facta per Commune Cremone in Dominum Maltraversum de Madalbertis.

1200, 10 Octobris.

Archivio Segreto del Comune di Cremona.

14.

1205, 6 Aprile.

Vendita di fondo in curia Florani a Selvamaggiore, territorio di Soncino.

1205. Indictione VIII. 6 Aprile.
In Burgo mane de Soncino.

Vitale figlio di Alberto de la Fumena, vende ad Albertino ed a Seleto de Anzani, un suo fondo posto in curia Florani in Selva Majore, di pertiche 4, cui confinano la via, la Chiesa di Isengo, e Dodone de Ariderno. — Ne riceve il prezzo. — Sua moglie Gisila acconsente.

Lanfranco de Calegaris, e Carlevane de Civitate testimonj.

Dulcius o Dolcinus notaro del Sacro Palazzo, rogato.

Archivio Gussalli. — Il documento originale deve essere a Cremona nell'archivio della Cattedrale.

15.

1208.

Vendita di fondo in Gallignano.

In quadam pergamena apud Monasterium Sancte Catherine servata rogitum habetur Manfredi D. Henrici Regis notarii anno 1208 de venditione cujusdam petie terre in Curte Galignani, cui coheret ab una parte Ecclesia Sancti Petri.

Archivio Gussalli. — *Monumenta Soncini.* Vol. I, pag. 8 a tergo.

16.

1215, 7 Ottobre.

Convenzione fatta sulle ripe dell'Oglio presso Soncino tra i Consoli di Cremona e quelli di Brescia circa il ponte di Gromone.

In Christi nomine die Mercurii VII intrante Octobr.

In Episcopatu Brixie penes Aquasonam super ripam inter castrum S. Georgii, et Castrum Soncini. Presentibus d.no Ardicione Ponti-scarali et d.no Henrico de Martinengo et d.no Oprando Glerole, et d.no Anselmo Sancti Gervasii . . . .

Ad interrogationem distructionis pontium factam per d.num Albertum d.ni Ranze Consulem majorem Com. Brixie et d.num Lanfrancum de Salis ambaxatorem ejusdem communis nomine et vice ipsius communis, tale responsium dederunt d.nus Benerius Mastalius Consul Majoris Com. Cremone et Comes Albericus et d.nus Johes Bajamundi judex ambaxiatores Com. Cremone profittendo se pontem de Gromono esse et stare pro Com. Brizie, et quod destruerent vel facerent destruere illum pontem ad voluntatem Com. Brixie, et quod non remanebat nisi propter guerram et bricham q. modo habeant Cremonenses quod non faciebant destructionem pontis, et dicentes quod si frigus eveniret vel eveniet in hac jeme quod cavalcate sue cessabunt et non fient ita: quod facient destruere illum pontem. Et ita concordes steterunt et fuerunt et inter se convenerunt unanimiter consules utriusque civitatis.

Actum est hoc anno Dm. M. CC. XV. Indict. III. Ibi interfuere d.nus Raynerius de Claris, et d.nus Obertus Cavalcanis de Lograto.

Odorici, *Codice diplomatico Bresciano.* Liber Poteris Brixie.

17.

1218, 4 Febbrajo.

Giuramento di fedeltà prestato dai Soncinesi al Comune di Cremona. — Rogato Lantelmo Barbò.

Actum Suncini. 1218, 4 Febbruarii, Indict. Septima.
Ex Codice Maximo signato A. N. 275.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo decimo octavo. Indictione septima quarto die estante mense

februario. In presentia Domini Petri Botti et Domini Dothi de Dotho et Ugeti Bassi correri et Vaghili correrii. et Osberti correrii testium rogatorum. Isti sunt Credenderii de Suncino qui fidelitatem juraverunt Domino Tethocio potestati Cremone recipiendo vice et nomine Communis Cremone. Dominus Riboldus de Farra. Ottobonus de Gageii. et Riboldus de Fadeclaro. et Zanebonus de Pigazano Maffeus Gandulfi. Ottebellus de Garbagnato et Petrus de Garbagnato. et Vinbertus Galiciani, et Zanebonus de Panze. et Manfredus Frogerii, et Petrus Oldi. Ardeconus Vincentius. Beltramus de Covo. et Gogejus de Cavuciis. et Johannes de Grumello et Martinus de Telgato. et Marescus de Casali. et Cavucius de Cavuciis. Albricus Caballus et Petruca et Girardus Cabalus. et Zermus de Covo et Laurentius de Guargantis. Dotus. Marchisius de mercato et Petrus de Rangonis et Maza et Girardus de Roberto. Ardricus de Colonio et Ambroxius de Scagafirna et Bonomus de Civitate et Guidotus Cavaza et Lanzonus presbiter. et Bozardus de Covo. et Otto de Morengo. Manfredus Oldi. Iubatus de Valeris. et Obicus de Dexato. et Gogeus de Mercate. et Petrus de Fangonis. et Maza. et Girardus de Roberto. Olducius Cavucius. Aricus Pafarino et in pleno Consilio Sonato et coadunato per Campanam forma Sacramenti et fidelitatis fuit talis et hoc modo facta,

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia quodero fidelis Communi Cremone Potestati Cremone et suis Successoribus et omnibus Officialibus Communis Cremone ut vassallus domino nec ero in Consilio vel in facto ut Commune Cremone vel Potestas. Cremone vel ejus successores vel successor. vel ejus Officiales perdant vitam vel membrum. vel ejus rectum honorem et si sciero aliquem volentem bona fide prohibebo. et si proibere non potero communi Cremone vel Potestati Cremone vel ejus successori vel successoribus vel ejus officialibus qui pro tempore erunt citius quam potero eis manifestabo et omnem honorem communis Cremone adjurabo manutenere. Et ita ero fidelis communis Cremone ut dictum est supra et dicitur infra. Ego non ero in Consilio vel in facto ut Castrum Suncini vel burgos destruantur vel comburatur vel in manibus inimicorum aliquo modo vel aliquo ingenio perdatur vel tradatur. Sed eum manutenebo ad honorem et ad utilitatem communis Cremone. et si aliquis fecerit non sit habitator hinc in perpetuum si aliquis contra hoc facere voluerit bona fide ei prohibebo. alioquin communi Cremone et Potestati Cremone citius quam potero manifestabo. et ita juraverunt omnes.

Ego Lantelmus de Barbo notarius Sacri Pallatii interfui et hanc Cartam vel Cartas uno tenore rogatus Scripsi.

(*a tergo* N.° 275)

Juramentum fidelitates prestitum per homines Soncini Communi Cremone.

1218, 4 Februarii.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

18.

1219, 11 Luglio.

Provisione del Podestà di Cremona, intorno al fortilizio del Castello di Soncino.

Actum in Castello Soncini, 1219, 11 Juli.
Ex Codice Maximo Signato A. N. 277.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi. Millesimo ducentesimo decimo nono. Indictione septima undecimo die estante Julio. In Consilio communis Soncini sonato per campanam.

Dominus Tetocius (1) de Manigoldis Potestas communis Cremonae dixit ut omnes homines qui habent prope murum Castellanum Suncini in levato destrigare debeant prope murum octo brachia de hinc ad octo dies proximos. et in plano destruere prope muros sitos per octo brachia de hinc ad quindecim die proximos excepto illam de herede Boldecini quam fit in ellectione suprascripti domini Tetocii. et si fecerint adjuvabis eos ad Commune Cremonae. Si potuerit ad damnum restituendum. et si non fecerint praedictis terminis transactis predictus dominus Tetocius faciet fieri nec amplius aliquid reddituum habuerint. ibi fuerunt rogati testes dominus Bertolotus Caghinfornus et Graciadeus Ponzonus et Rubeus de Farfengo.

Ego Marcus notarius Sacri palatii affui et hanc cartam rogatus scripsi.

(*a tergo* N.° 277).

D. Theodosius de Manigoldis potestas Cremonae dixit ut omnes illi homines qui habebant prope murum Castellanum Soncini in levato deberent destrigare prope murum per octo brachia.

1219, 11 Juli.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

(1) In aliis Instrumentis appellatus est *Theodosius* de Menigoldis, ab Antonio Campo *Teutorius* Manigoldus, et ex Codice *Tecorius* de Manigoldis.

19.

1220 vel 1221.

Pergamena contenente i nomi di alcuni Soncinesi condannati al rogo, od a minori pene.

Isti sunt condemnati de Soncino.
Arsi sunt isti.

arsus
§ Ghirardus de Cologno et Guarnerius. et rufinus de cologno. et
arsus
ottolinus gavaza. et manfredus de medegnano. et octobelus de barbo.
arsus arsus arsus arsus
et cavuzus. et olduzus cavuzus. et botus. et otobellus de accerbo.
arsus
et ribaldus de claro. et filius volte. et bocardus de mozo. et
in banno
otolinus de Morengo. condemnatus quisque XL sold. pro eo quod non attenderunt precepta domini Ghirardi de Sommo in Brixana.

§ Paulus filius Martini de Grimello condemnatus in XX sold. et otacius de civitate su pro eo pro blava quam extraxit contra bannum.— § petrus bonus de marta gferaria condemnati in C soldis pro extimacione bovum et cari et cavarie quem duxit contra bannum. —
in banno in banno
§ petrus de litrino. e bertraminus ejus frater. condemnatus quisque in XX soldis pro eo quod fregerunt bannum blave.

Esistente all'archivio notarile di Cremona nella cassa dei documenti in carta pergamena della città di Cremona, ed estratta dal rotolo intitolato: *Rotulus in membranis in quo inscripta sunt nomina quorundam condenmatorum, sine millesimo* (*sed anni* 1220 *aut* 1221.) *signatus J.* 95.

Nota. — Il chiarissimo dottor Ippolito Cereda mi communicò questo documento mentre era già in corso di stampa il presente volume, per cui non mi fu possibile aver tempo di praticare indagini sulle ordinazioni di Gherardo Sommo in Bresciana, a cui si riferisce la prima parte della pergamena.

20.

1224, 17 Aprile.

Atto di posizione dei confini tra Soncino ed Orzinovi. Prescrizioni sul pedaggio del ponte e del porto sull'Oglio de-

voluti ai Soncinesi, e tariffa dei pedaggi. Divieto di tener navi sul fiume senza licenza del Comune di Soncino.

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo vigesimo quarto, indictione duodecima, die quarto decimo exeunte Aprili. In presentia Jacobi Gatti notarii, Zanelli Velose de Soncino, Alberti filii Egidii. Mori Gatti, Albertoni et Zanelli de Borgnasco de Urceis.

Dominus Guidotus de Issè, Albertus de Vitalibus, Bernazetus de Villa, Johannes del Menno, omnes de Soncino.

Et dominus Belotus Abiaticus, dominus Manfredus de Vidregano de loco Aguzani, et Johannes Concha, et Bertoldus Azonus de Urceis;

Qui octo electi fuerunt per dominos Manfredum Oldi et Albertum de Garbagnato tunc Consules Comunis Soncini, et per d. Alexand. de Fava, Urcearum potest. nom. et vice co. Brix. et addividendum Curiam de Soncino a Curia Urcearum, et Curiam Urcearum a Curia Soncini.

Qui vero predicti octo in concordia diviserunt dictas Curias unam ab alia.

Tales vero posuerunt confines omnes in concordio, scilicet:

A capite plantate et Octavii Tavelle a sero parte sicut est locus olii veteris usque ad buchetam Aquesone, et a bucheta aquesone usque ad Arzinum de Barcho a mane parte.

Et ita firmaverunt confines inter Curiam Soncini et Curiam Urcecearum, preterea dixerunt concorditer quod si aliquis de Soncino haberet aliquid in Curia Urcearum quod jus suum in eo sit salvum, et e converso quod si quis de Urceis haberet aliquid in Curia de Soncino quod jus suum in eo sit salvum, et de hoc plures cartas in uno tenore fieri dixerunt, et hoc instrumentum fuit scriptum per Crescimbenum de Cocalio notarium et est repertum in scrineo quinque clavium.

Cum ex tenore testamenti suprascripti appareat esse et confluere flumen olii per Curiam Soncini, ... Statutum est antiquitus:

Quod nullus debeat habere navem in flumine Olii causa accipiendi pedalium, nisi parte Consulum Soncini a guado Salegii infra usque ad Jovisaltam in banno solidorum viginti pro quolibet et qualibet vice, et navis comburratur in platea Comunis Sonzini.

De navi non tenenda in Olio causa accipiendi pedalium,

Cum ex tenore instrumenti suprascripti appareat flumen Olii esse et fluere per Curiam Soncini, quo voluit etiam dominus Rex. . . .

Statutum est antiquitus quod nullus debeat habere aliquam navim in flumine Olii causa accipiendi pedalium, missa parabula soldorum pro quolibet et qualibet vice, et navis comburratur in platea cujuscumque sit.

Statutum est etiam quod pedalium portus Olii seu navis affictetur ad annum vel ad mensem prout placuerit Consilio generali Comunis Soncini, et non possit dari ad minus librarum quinquaginta imperialium in anno solvendarum Massario Comunis Soncini et quando affictatur superstetur per octo dies, et qui voluerit accipere possit privatim dicere, et sit celatus donec fuerit datum et plus offerenti detur.

Qui transit per portum debet solvere:

Pro quolibet pense mercantie pro pontatico unum medianum si est vacuus.

Quelibet persone unum denarium.

Si cum equo duos denarios. Et non solvat nisi semel in die.

Pro plaustro pondrato denarios quatuor.

Pro cariola vacua denarium unum.

Pro plaustro letaminis et lapidum denarium unum.

Pro cariola letaminis unum medianum.

Pro porcho unum assem.

Pro bobus qui conducuntur ad mercatum pro eundo et redeundo unum medianum.

Pro iis qui conducuntur ad pasculandum unum assem.

Pro ovibus et capris que conducuntur ad mercatum pro eundo et redeundo usque viginti, unum medianum pro qualibet — Et abinde supra pro qualibet dexena unum medianum, si veniunt ad pasculandum solvant solummodo pro quolibet rozio duos denarios.

Si aliquis de Soncino sive vadat Urceas sive non, non teneatur pro rebus que solvunt pedagium Comuni Soncini, et predictum pedagium stipendiariii domini non teneantur solvere, neque Ambaxiatores domini.

Ego Horeghinus de Cropello de Soncino publicus Imperiali auctoritate notarius, ac notarius provisionum Comunis Soncini suprascripta exempla Statutorum de confinibus et de navi non tenenda in flumine Olii et dacii portus Olii solvendi, fideliter extraxi et exemplavi ab originalibus instrumentis et libris suis existentibus in publico Archivio Comunis predicti nil adito vel diminuto quod sensum mutet vel variet intellectum, et ad robur me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Reperitur etiam in volumine Statutorum suprascripte Comunitatis

Soncini Statutum sub rubrica *de Justitia fienda ultra flumen Olii versus Urceas super territorio Soncini prope confinia comunis Soncini et Comunis Urcearum*, tenoris infrascripti, videlicet.

Statutum est quod si contingat debere fieri per Consules Soncini aliquam justitiam de aliquo forense, qui commiserit aliquod malefitium per quod perdere debeat vitam vel aliqucd membrum, quod ipsam justitiam fieri fatiat ultra flumen Olii prope confinia Comunis Soncini et urcearum, et pro jurisdictione Comunis Soncini manutenenda

Ego Horeghinus de Cropello de Soncino publicus Imperiali auctoritate notarius, ac notarius provisionum Comunis Soncini, suprascriptum exemplum Statutorum *de Justitia fienda ultra flumen Olii super territorio Soncini*, fideliter estraxi et exemplavi ab originalibus statutis existentibus in publico Archivio Comunis predicti, nil addito vel diminuto etc. etc.

Archivio di S. Fedele. Fiume Oglio.

21.

1226, 14 Febbrajo.

Formento Legla di Soncino Chierico, e Ministro della Chiesa di Sant'Alessandro di Bevenengo, investe a titolo di livello perpetuo Accursino de Nevaglio di una pezza di terra sita in Curte Bevenenghi, territorio di Soncino. Rogato Marchinaldo Legla, notaro del Sacro Palazzo.

✝ Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Indictione quintadecima, quartodecimo die intrante mense Februarii.

Dominus Formentus Legla de Suncino Clericus, et Minister, ut dixit, Ecclesie Sancti Alexandri de Bevenengo.

Investivit Acursinum filium Lanfranchi de Nevaglio de suprascripto loco Suncini.

De Petia una terre vidate juris ipsius Ecclesie, jacente in Curte Bevenenghi, que est Perticarum Sex, sive plus, minus sit, coheret ei ab una parte filiorum Johannis de Penterolo, ab alia Lanfranchi de Nevalio, ab alia Jelini de Casale, ab alia Oliverji de Vithalengo, et de Caravacis; et si alie ibi sint coherentie, in hac investitura permaneant, ita ut de hinc in antea suprascriptus Acursinus, et ejus heredes, et cui dederint, habeant et teneant suprascriptam terram

et de ea faciant unam cum accessione et ingressu, et cum superioribus, et inferioribus suis quidquid inde facere voluerint, sine alicuius contradictione, redendo omni anno suprascripto domino pro dicta Ecclesia, et ejus successoribus quartum de puro vino, quod in ipsa terra fuerit, trahendo, et gubernando ipsum in Canevam ipsius Ecclesie in Suncino suis expensis et debet trahere uvas ad torcular, vel ad tinacium ad voluntatem ipsius domini et eas follare ad ipsius domini voluntatem et debet dictus dominus habere licentiam accipiendi omni anno tempore vendemmie corbellam unam de uvis de suprascripta vite, et debet etiam dictus Acursinus apellare ipsum dominum, si vendere voluerit ipsam terram, et ei dare pro duodecim denariis minus quam alii si emere voluerit, dummodo suprascriptus dominus habeat prodicta Ecclesia duodecim Solidos pro investitura, preterquam servo, judici, vel potentiori, vel alii, propterquod in ipsius Ecclesie detrimentum fiat, et promittens suprascriptus dominus nomine dicte Ecclesie per se, et suos successores suprascripto Acursino, et ejus heredibus, et cui darent suprascriptam terram expensis Ecclesie ab omni homine defendere, preterquam profacto Ribordalli de Lintratica, et fratrum, qui ipsam tenebant, ut dixerunt sub pena dupli suprascripte terre, sicut valet, vel valuerit aliquo tempore, et pro jamdicta investitura Confessus fuit suprascriptus dominus, se accepisse a dicto Acursino duodecim denarios. Renunciando exceptione non numerate, et date sibi investiture.

Ibique Riboldallus, et Petrus de Lintratica fratres de loco Suncini habitatores, qui suprascriptam terram per dictam Ecclesiam se tenere dixerunt, dederunt, cesserunt, et mandaverunt venditionis nomine, et vendiderunt suprascripto Acursino suprascriptam terram, et omnia jura, et actiones et rationes utiles, et directas que et quas habebant, vel sibi jure aliquo in rem. vel in personam competebant in suprascripta terra, et contra quascumque personas, et res causas ipsius terreni, et fecerunt eum procuratorem in rem suam, et de ea jusserunt ipsum in tenutam esse, et constituerunt se possessores pro ea, ita ut deinde ipse, et ejus heredes eam habeant et teneant, et faciant de ea quidquid voluerint, sine alicujus contradictione, salvis suprascriptis conditionibus, et promiserunt suprascipti fratres, qui supra, in solidum renunciando omni auxilio, nove constitutionis et legum, obligando omnia sua bona, pignori suprascripto Acursino, et ejus heredibus et cui darent suprascriptam terram suis expensis ab omni homine defendere, et desbrigare pro suis factis tantum sub pena dupli ipsius terre, sicut valet vel valere aliquo tempore . . . et pro pretio suprascripte venditionis confessi fuerunt

dicti fratres se accepisse a suprascripto Acursino viginti tres solidos imperiales, et renunciando excetioni non numerate pecunie, et non soluti sibi pretii, et quod non dicent se deceptos ultra dimidiam justi pretii, et pro eis fidejussit Gambonallus eorum frater de eodem loco, obligando omnia sua bona pignori in omnem causam per stipulationem subnixam, renunciando auxilio fidejussionis, et legum, et constitutionis nove.

Factum est hoc in loco Suncini in presentia Lanfranchini de Lama et Edelli de Gellinis, et Johannis de Vithalengo in testes.

✝ Ego Marchinaldus Legla notarius Sacri Palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

✝ Concordat cum authentico, mihi in carta membrana exhibito, mox exibenti restituto.

Franciscus Gariboldus pubblicus de Collegio Mediolani Notarius in fidem cum appositione mei tabellionatus signi.

Archivio dell'Arciprete della Pieve. Soncino.

22.

1228, 13 Ottobre.

Rogito di Lantelmo Barbò di Soncino, notaro del S. Palazzo, che descrive l'invasione dei Milanesi nell'agro Soncinate nel giorno 13 Ottobre 1228.

D. 49.

Actum supra ripam Fossati Castri Soncini.
13 Octobris 1228. Indictione II.

Anno Dominice incarnatione millesimo ducentesimo vigesimo Octavo Indictione Secunda, tertio decimo die intrante Octubris. Mediolanenses intraverunt in episcopatu Cremone et eorum cremonensium comburerunt. ut publicam famam extat in Castro et Burgis Soncini. Et Ego Lantelmus Barbous notarius Sacri pallatii vidi Signa Mediolanensium videlicet Vexilla et confanones ed audivi tuba Mediolanensium prope burgis Castri Suncini et vidi cum ipsi intraverunt muram statim ignis accensus fuit in ipso loco mure et ita combusta fuit mura. et vidi eam muram comburere et fumum et ignem atque ruinam Item vidi et audivi multos milites armatos exientes de ipsa societate venientes ad Burgos Soncini et vocantes plures homines de Suncino qui milites loquebantur loquela Mediolanensium et dicendo quod homines de Suncino redderent se Mediolanensibus, et vidi dictos

Mediolanenses ponendo ignem in tegolis et megeriis que erant in campis Suncini. et vidi de ipsis militibus mediolanensium co..... versus Ysengum et statim cum fuerunt intus ignis statim fuis accensus in ipsa terra vidi ipsam terram comburentem et vidi ipsos Mediolanenses comburentes quoddam Molinum quod est juxta Burgum Suncini. et erant ipsi Milites Mediolanenses. Vidi duos milites Soncini capientes tres pedites qui erant in societate suprascriptorum Mediolanensium, qui pedites dicebant quod venerant cum Mediolanensibus pro faciendo malum in distritu Cremonae et erant duo illorum Mediolanenses et alius erat de Crema et fuerunt capti quasi juxta burgos Suncini. Et erant ibi isti infrascripti viledicet dominus Riboldus de Fara et Ottobonus de Mura et Durandus de Clare et tenui (sic) de Casalis et Petrus de Fara. et eram cum ipsis testibus supra ripam fossati Castri Suncini juxta..... porte subtus.

Ego Lanthelmus Barbous Sacri Palatii interfui et hanc cartam scripsi.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

23.

1228, 13 Ottobre.

Narrativa dell'incursione dei Milanesi nel territorio di Soncino, avvenuta il 13 Ottobre 1228, scritta e rogata da Gherardo Caracciolo Soncinate, notaro del Sacro Palazzo.

D. 43.

Actum sub janua porte Burgi de porta Sero Soncini.
1228, 13 Octobris. Indictione secunda.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi. Millesimo ducentesimo vigesimo octavo, Indictione secunda, tercio decimo die intrante mense Octubris, presencia Martinaldi de Leglio et Rusteghi de Colo.° et Diatii de Mad' no, et domini Fodonis Traduini. Ego Girardus de Caraziolo notarius Sacri Pallatii me existente sub janua porte Burgi de porta Sero Suncini, vidi magnam quantitatem militum in agris Suncini qui dicembantur Mediolanenses esse et de parte eorum habentes inter eos vexillum et banderias et signa quae pertinebant ad faciendum guerram, et ibant per agros Suncini ponendo ignem in montonibus mejerinarum que erant in quodam meo agro in pertinenciis Castri Suncini... apud suprascriptum Burgum et vidi balestrerios qui erant inter suprascriptos milites trahentes pilottos versus burgum su-

prascriptum ad illos homines Suncini qui erant supra teralia istius Burghi. et vidi plures suprascriptorum militum apropinquantes et et militantes ad quoddam molendinum campaniae quod est in pertinenciis Suncini, et accendere ignem a quibusdam et comburerunt illud et distruxerunt postea vero militaverunt ad Ysengum et cum fuerunt illic vidi ignem ascendentem in te-gitibus- Ysenghi et ita iverunt faciendo per plebaticum et per villas eius et scio firmiter ita quod non dubito quod bene maior pars suscriptorum militum erant Mediolanenses et de sua parte quoniam venerunt ex illis militibus quidam que ego bene cognovi esse de episcopatu civitatis Mediolani vel de suo districtu.

Ego Girardus de Carazolo notarium Sacri Pallatii adfui et hanc cartam etc.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

24.

1233, 26 Giugno.

I monaci Cistercensi accordano al Comune di Soncino di aprire un aquedotto sui loro fondi di Cereto-Zermignano, e tradurne le aque a Soncino a beneficio del detto Comune. Istromento rogato da Manfredo di S. Bassano, notaro del Sacro Palazzo

Anno ab incarnatione Dm. M.CC.XXXIII. Indict. VI. Quinto die exeunte mense Junii in Soncino super palatium Comunitatis Soncini in pubblico Consilio sonato et coadunato per Campanam D.nus Guffredus de Actoldis tunc Potestas Soncini una cum predicto consilio convocato et sonato per campanam nomine et vice communis Soncini promisit d.no D. Mantuano Abbati Monasterii de Cereto et d.no d.no Bellotto abbati Monasterii S. Marie de la Cava accipientibus hec omnia nomine et vice ipsius monasterii et ecclesie S. Alexandri de Cermignato manu tenere protegere et defendere omnia jura libertates et privilegia Cavae et Cereti, que habent vel haberent in toto plebatu de Calzo sicut teneretur et faceret aliis suis vicinis et Castellanis et habebiteos in sua protectione et defensione sicut vicinos et Castellanos suos habet et habere debet et pro his facet jurare attendere potestatem vel rectorem quem libet post se venientem, et hoc in Statuto Communis Soncini perpetuo permanere et hoc salvo in omnibus honore et fidelitate Communis Cremone. Ibique predicti d.ni Don Man-

tuanus abbas ipsius Monasterii de Cereto consensu et auctoritate Don Petri de Sabato monasterii et fris Petri de Yssella Conversi ipsius monasterii, et don Bellottus abbas. suprad. monasterii de la Cava consensu et auctoritate don Jacobi de Antignatis Monaci dicti Monasterii nomine ipsorum monasteriorum dederunt et concesserunt infrascrip. d. Guffredi Potestati accipienti hec omnia nomine et vice istius Communis Soncini aqueductum et jus ducendi aquam sive aquas per lectum quod fiet per Ceretum Cermignatum et per terram ipsorum monasteriorum ubicumque oportuerit ipsi communi et secundum quod assignatum est per monasticos dicti Communis ad majorem utilitatem dicti Communis et dederunt jura et actiones predicti d.ni Abbates nomine ipsorum monasteriorum que habent in predictam aquam et hoc quantum pertinet ad acqueductum et jus ducendi aquam et dederunt parabolam intrandi in tenutam vel quasi et hoc fecerunt titulo donationis et gratiae et divine misericordie et ad minus damnum ipsorum monasteriorum. Tali pacto adhibito quod si necessarium fuerit dicto monasterio de la Cava vel ejus garantiis ducere rivolum aliquem aque ex ipsa aqua quod liber ducere possit, dumodo tamen reducat dictum rivolum ad mastrem alveum dicti Comunis ad minus damnum dicti Communis Soncini quo poterit sine impedimento aliquo.

Fuerunt ibi rogati testes.

d. Martinus de Cenato tunc Archipresb. Plebis de Soncino.

d. Johannes de Barbô. — d. Guidotus de Yxxè. — d. Niger de Marengo de loco Soncini.

Ego Manfredus Scrib. Notar. Sac. Palat. interfui et hanc cartam rogavi.

In nomine d.ni Anno ab Incarn. d.ni 1399 indict. 7. die lune quinto mensis May hoc exemplum per me Petrum de Fondulis subscriptum notar. scriptum ex autentica manu manfredi Notarii scripto sedentibus pro Tribunali spectabili et egregio d.no Cavalerio de Spucaronibus de Civitate Belluni honor. Potestate terre et districtus Soncini et nobili et sapienti viro d. Marco de Gisulfis de Crema Jurisperito ejus Vicario ad bancum Causarum Civilium situm in palatio Comunis Soncini Insinuatum fuit et in eorum de minorum potestatis et vicarii presentia per me Petrum de Fondulis et alios subscriptos notarios diligenter cum authentico auscultavi, et cum prefati Dn. Potestas et vicarius noverint ipsum cum authentico concordare ut adibeatur eidem exemplo de cetero plena fides auctoritatem interposuerunt pariter et decretum.

Ego Stephanus de Coduris notar.

Ego Joannes de Civitate not.
Ego Nicolaus de Cauciis not.
Ego Jacobus Scanalupus de Soncino not.
Ego Petrus de Vulpis.
Ego Petrus de Fondulis notarius etc. una cum aliis etc.

Ex pergamena in Arch. Com. Soncini.
Monumenta Soncini. Vol I. pag. 8.
Archivio segreto del Comune di Cremona B. 15. *N.* 1.

25.

1263, 5 Settembre.

Autentica dell'Atto Consiliare 29 agosto, del Comune di Bergamo, col quale vennero definite le controversie dei Confini tra Bergamo e Cremona. Rogato Rudolfo de Andrachis di Soncino, notaro del S. Palazzo.

Capsa Bergomi. Ex pergamena signata A. A. Actum in palatio Com. Soncini.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio. indictione septima. die quinto intrante mense septembris. supra palatium comunis Suncini in Suncino. in presentia Manfredi de Sancto Baxiano. et Redulfi de Cenate notariorum. nec non presentia dominorum Marchinaldi de Leglis. Monaci de Andrachis. Petri de Barbois. Andrachini de Andrachis. Ardrici de Cropello. et Johannis de Leglis judicum atque testium rogatorum. omnium de Suncino.

Ego Redulfus de Andrachis notarius sacri palatii ex licentia mihi concessa et injuncto mandato seu precepto a Domino Ugone de Gazo assessore Domini Bosii de Dovaria in Suncino sedente pro tribunali ut deberem autenticare et in publicam formam redigere ad eternam rei memoriam habendam et retinendam perpetuo quoddam Instrumentum pubblicum factum a Petro de Curnasco notario et supscrictum a Lanfranco de Lesina notario. ibi visum et lectum. cujus tenor talis erat.

« In nomine Domini Amen. die tertio exeunte Augusto. in palatio » comunis Pergami. in pleno et generali Consilio comunis Pergami » more solito convocato et congregato campana et voce preconia. » Ibi universum Consilium comunis Pergami et universi de ipso Con- » silio nomine et vice comunis Pergami et pro ipso comuni in pre- » sentia. Domini Girardi de Sesso potestatis comunis Pergami com- » promiserunt se dicto modo et nomine in Dominos Bosium de Dovaria

» absentem. et Girardum de Sesso potestatem comunis Pergami ibi
» presentem et hoc onus sponte suscipientem tamquam in arbitros
» seu amicabiles compositores sine aliquo tenore de omnibus que-
» tionibus seu controversiis vel discordiis que sunt vel esse possent
» et vertuntur vel verti possent inter comunia Pergami et Cremone
» occasione confinium et terminorum districtus seu districtum epi-
» scopatus seu episcopatuum dictarum civitatum. Ita quod dicti ar-
» bitratores seu amicabiles compositores possint terminare et ter-
» minos ponere. confiniare. precipere. laudare. conterminare. finire
» in omnibus et per omnia super predictis et quod libet eorum pre-
» dictorum semel et pluries quolibet die et loco. presentibus et ab-
» sentibus citatis et non citatis. una citata et altera non citata et
» una presente et altera absente ad eorum arbitrium et voluntatem
» promittentes universi Credenderii comunis Pergami et ipsum uni-
» versum Consilium ipsius comunis nomine et vice comunis Pergami
» infrascripto Lanfranco de Lesina notario stipulanti nomine et vice
» dictorum Dominorum arbitrorum attendere et observare omnia et
» singula que predicti arbitratores et amicabiles compositores dixe-
» rint. fecerint. laudaverint. preceperint. seu arbitrati fuerint semel
» vel pluries super predictis et quodlibet predictorum, in pena mille
» marcharum argenti. A dupli omnium expensarum et toties ipsa pena
» comittatur et exigi possit. quoties contra predicta vel aliquod pre-
» dictorum factum fuerit per ipsum comune Pergami. Et pena so-
» luta et non soluta semper rato manente nichilominus compromisso
» et laudamento seu precepto Dominorum arbitrorum obligantes ipsi
» et universi Credenderii et ipsum universum Consilium comunis
» Pergami nomine et vice comunis Pergami pro predictis omninus
» attendendis et firmandis.

» Factum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo
» tertio. indictione sex.

» Testes ibi fuerunt Henricus Pesarini. et Zoanninus de Caure-
» scino. et Fantebonus de Beccariis. et Bartholomeus de Sanctho
» Georgio omnes notarii Potestatis comunis Pergami.

» Ego Lanfrancus de Lesina notarius Potestatis et comunis Per-
» gami interfui et ad confirmandum me subscripsi.

» Ego Petrus de Curnascho notarius et missus Domini Henrici
» regis rogatu suprascripti Lanfranchi de Lesina notarii Potestatis
» et comunis Pergami scripsi. »

Ego Redulfus de Andrachis notarius sacri palatii ex licentia et precepto Domini Ugonis suprascripti predictum Instrumentum vidi et legi cum infrascriptis Manfredo et Redulfo notariis. non canzel-

latum. nec viciatum in aliqua parte sui. non abolitum nec suspectum. sed in prima figura sui. et sicut in illo continebatur. nil addens vel minuens quod sensum mutet. ita rogatus in isto scripsi et autenticavi ad perpetuam rei memoriam habendam et retinendam.

Ego Manfredus Sancti Baxiani notarius sacri palatii ex licentia et precepto Domini Ugonis de Gazo suprascripti. his omnibus offici. et cum suprascripto et infrascripto notarius prefatum Instrumentum factum a Petro de Curnasco notario et subscriptum a Lanfranco de Lesina notario vidi et legi. non cancellatum. nec abolitum. nec in aliqua parte sui viciatum. nec suspectum. sed in prima figura sui. nil additum vel diminutum quod sensum mutet per infrascriptum Redulfum notarium et sicut in illo continebatur ita et in isto. et rogatus me subscripsi.

Ego Redulfus de Cenate sacri palatii notarius interfui ex licentia et precepto Domini Ugonis de Gazzo subscripti his omnibus affui et cum supscriptis notariis prefatum Instrumentum factum a Petro de Curnasco notario et subscriptum a Lanfranco de Lesina notario vidi et legi non cancellatum nec abolitum nec in aliqua parte sui non viciatum nec suspectum. sed in prima figura sui nil additum vel diminutum quod sensum mutet per suprascriptum Redulfum notarium et sicut in illo continebatur ita et in isto. et rogatus me subscripsi.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

26.

1284, 20 Marzo.

Precetto del Podestà di Soncino, perchè i Bergamaschi non lavorino al cavo del fonte Covo.

Actum in Campaneis de Covo. — Indict. XIII.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jeshu Christi millesimo ducentesimo octuagesimo quarto. Indictione tertia decima. die martis vigesimo mensis martii. In campaneis de Covo. in contrata ubi dicitur Fons Covi. ibique presentibus Beotia Guidonis Pecati. Fachino de Pizo. Acorsino de Bercio. Jacomino de Vacherio de Covo. et Uliverio de Rumano. ibi testibus rogatis.

Ibique Stalonus correrius Communis Sonzini de voluntate et precepto dominorum Anzelini de Segafenis judicis domini Antonioli de Robicis potestatis Sonzini. et Cabrini de Quagliis capitanei Impe-

rialis Sonzini. nomine Communis Cremone dixit et denunciavit laborantibus de Pergamo qui laborabant in Cava quam faciunt fieri Pergamenses in suprascripta contrata Fontis de Covo. quod ipsi non debeant laborare in dicta Cava. Et quod illam quam cavaverant debeant destruere et reducere sicut ante erat. cum dicta Cava. facta sit et fiat supra episcopatum Cremone in territorio Covi. et quod Commune Cremone dictam Cavam factam tenet sibi ad iniuriam mille marcarum auri.

Ego Iohannes de Bellesio notarius Domini Henrici Regis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

27.

1296, 1 Dicembre.

Grazio Batalia, compera una pezza di terra in *contrata Bevenenghi*, presso S. Maria de Panigali, territorio di Soncino, per l'altare di S. Giorgio eretto nella Chiesa di S. Giacomo — Rogato Bertramo Cropello.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indict. decima, die primo decembris in Soncino.

Testes Dom. Filiberti Legla, Venturinus Batalius, Johaninus de Garbagnate, et Paganinus de Covo, omnes de Soncino.

Ibi Jacominus filius quondam Bertoleti Carazoli de Soncino, fecit venditionem datum ad .... allodium, in domino Pergracio Batalio presbitero administratori altari S. Georgii, positi et edificati in Ecclesia S.i Jacobi de Soncino et in Rangonino Rangono consuli tunc Ecclesie predicte sive eidem parecie suprascripti et recepti nomine et vice dicti altaris de duabus perticis et quinque tabulis terre de una petia terre prative jacente prope Sanctam Mariam de Panigalis in territorio Soncini, curtis Bevenenghi ...., cui toti coheret a mane lectulus Cariole, a meridie Ecclesia de Mura, a sero via, a monte d.ni Ardrici de Cropello, et si ibique si alie sint coherentie dicte pecie terre .... Et dedit jura et actiones .... et jussit intrare in tenutam .... et fecit cessionem suprascripto nomine .... et constituit se possessorem .... et promisit defendere ab omni persona suis expensis pena dupli valet et valuerit .... obligavit .... et precio fuit confessus accepisse ab eis suprascripto nomine septem libras imperiales ... remota exceptione ....

✝ Ego Meliolus de Melio Not. Sac. palat. ex comissione in suprascript. imbreviaturarum qm. domini Bertrami de Cropello not. mortui, per dominum Oldefredum judicem domini Mafei de Sumo potestatis Soncini, ut constat quodam instrumento facto a Zanino Viola notario, omnia suprascripta in suprascriptis imbreviaturis, vidi et legi non mortificata nec canzelata nec aliquo modo viciata sed in prima sua figura ut in ipsis erat, ita scripsi et exemplavi et in publicam formam reduxi nil addens vel minuens quod sensum mutet sub millesimo trecentesimo vigesimo octavo — indictione undecima.

✝ Ego Pecinus de Sablis, notarius sacri palacii omnia suprascripta una cum suprascripto Meliolo de Melio notario.... vidi et legi.... non mortificata ... et pro secundo notario me subscripsi.

Archivio di S. Fedele. — Pergamene di S. Giacomo.

28.

1296, 2 Dicembre.

Permuta di terre e diritti d'acqua tra la Chiesa di San Giacomo e Pietro da Cassano. — Rogato Bertramo Cropello.

Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indict. decima, die secundo decembris, in Soncino.

Testes Albertus de Cludono, Johaninus de Garbagnate, Gualengus de Pulico, Guffelus de Cropello, et Serasus de Palacio de Soncino omnes.

Ibi dominus Pergracius de Bataliis administrator et presbiter altaris S. Georgii sciti et edificati in Ecclesia Sancti Jacobi de Soncino et Rangoninus Rangonus consul parecie predicte Ecclesie ex una parte, parte nomine dicti altaris, et Petrus filius qm. Prevethi Caxani ex altera.

Fecerunt inter se permutationem de infrascriptis peciis terrarum et aquarum et juribus earum. — Primo dederunt domini Pergracius et Rangoninus predicto nomine permutationis, suprascripto Petro unam petiam terre casate; jacente in porta Sero Soncini, cum omnibus edificiis murorum, lignaminum et tectus pertinentibus dicte domui, cui coheret a mane.... a meridie tresanda, a sero..... a monte via. versa vice dictus Petrus ex eadem.... permutationis dedit infrascriptis Pergracio et Rangonino...., et recepti suprascripto nomine sex perticas et dimidias unius pecie terre prative jacente in curte Bevenenghi, territorio Soncini ubi dicitur ad Sanctam Mariam de Panigalis, cui coheret a mane ducale aque Cariole, a me-

ridie Ecclesia Sancti Johannis de Mura et a sero via, a monte domini Ordrici de Cropello. — Item mediam horam aque Cariole et morticiorum, que est sexta pars trium horarum dicte aque omni die Veneris ab occasu solis usque ad diem sabati sequentis. — Et omni die sabati a mane usque ad occasum solis cum omnibus aqueduct.... Et si ibique alie forent coherentie dictis peciis terre in hac promittunt...... permaneant.... et dederunt jura et actiones..... et jusserunt ad invicem intrare in tenutam....et constituerunt ad invicem.... et fecerunt ad invicem procuratorem..... et promiserunt ad invicem defendere ab omni persona.... pena dupli sicuti valet et valuerit.... obligando ad invicem....

+ Ego Meliolus de Melio not. sacri palatii ex commissione in suprascriptis, per dominum Oldofredum judicem domini Mafei de Sumo potestatis Soncini imbrev. qm. d.ni Bertrami de Cropello notari mortui, ut constat a quodam publico instrumento facto a Zanino Viola notario, omnia suprascripta in suprascripti imbreviaturis vidi et legi.... scripsi et exemplavi.... sub MCCCXXVIII, indict. XI.

+ Ego Pecinus de Sablis not. sacri Palatii..... vidi et legi.... et pro secundo notario me subscripsi.

Archivio S. Fedele. — Pergamene di S. Giacomo.

29.

1299 ....

Regole ed ordinamenti delle confraternite Agostiniane dello Spirito Santo, dei carcerati, e di S. Maria de Costula, erette in Piacenza, ed aventi case in Soncino prima del chiudersi del XIII secolo.

De fratribus Consortii Spiritus Sancti, Carceratorum et Sancte Marie de Costula.

Fratres Consortii Spiritus Sancti Ordinis S. Augustini habent domos eorum in Porta et vicinia S. Brigide juxta Ecclesiam et domos Fratrum Predicatorum,... Comunis Placentie mediante, in quibus domibus habent Ecclesiam sub vocabulo Spiritus Sancti. — Hi habent ex officio dare elemosinas pauperibus verecundis per totam civitatem et etiam per Comitatum. — Portant enim per civitatem humeris propriis panem, vinum, et coquinam, aliquando farinam, aliquando carnes et maxime circa festum Nativitatis Christi. — Accomodant in hyeme pannis pro lectis pauperum; dant etiam sponsis pecuniam; faciunt etiam fieri panuum in magna summa, et dispen-

sant per Civitatem et per Comitatum. — Aliquando etiam redim carceratos. — Ista bona reliquuntur eis in testamentis. — Et etiam petunt elemosinas quotidie per Civitatem, et multa dantur eis, et sic querunt panem et vinum per Comitatum, et inveniunt in magna quantitate. — Vadunt induti de biseto semper, et portant barbas. — Non vivunt delicate, set bene et satis, quia multum laborant. — Non habent domos curiosas, sed multas, et habent unum hospitale in vicinia S. Donini, quod vocator de Magdalena, juxta Ecclesiam B. Sancte Marie Magdalene.

Fratres Carceratorum sunt sub istis fratribus Consortii. — Et isti solum habent curam de carceratis, et portant eis omni die panem, vinum et coquinam, ita quod possent competenter vivere de illa elemosina. — Isti vadunt petendo solum per Civitatem Placentie; et dato quod sint induti de bixeto albo et portent signum carceris, stant tamen in eadem domo, et comedunt in eadem mensa, et sunt sub eodem ministro. — Et isti et dicti Fratres Consortii tenentur reddere rationem domino episcopo Placentie de introitibus et expensis.

Isti etiam Fratres Consortii Placentie fecerunt multas domos in aliis civitatibus, sicut in Cremona, in Soncino, Parma, Bononia, et in Faventia.

Fratres de Costula stant in Episcopatu Placentie in valle Tidoni in loco, qui vocatur Costula, qui faciunt eundem officium, ut faciunt dicti Fratres Consortii. — Tamen non sunt sub eis, habent devotissimum locum et oratorium et vocatur S. Maria de Costula. — Fecerunt etiam dicti fratres de Costula in Castro S. Johannis unam domum pro pauperibus recipiendis, et sic multa bona faciunt.

Cronaca di Piacenza di Giovanni de Mussis.

30.

1299, 21 Giugno.

Il Rettore della Chiesa di S. Giacomo, nell'interesse dell'altare di S. Giorgio, eretto in detta Chiesa, compera una pezza di terra sita in *Curte Isenghi* in *Silvamajori*. — Rogato Petrino de Bianchi.

✝ Millesimo ducentesimo nonagesimo nono. — Indictione duodecima — die vigesimo primo, mensis Junii. — In Soncino.

Presentibus d.nis — Franceschino de Guarguantis, Redulfo Pradairo, Petro de Antegnato, Tentaldino de Gatis, et Gracia de Alcainis omnibus de Soncino testibus ibi rogatis.

Ibique Zaninus filius q.m Cilioli Batelano de Soncino, fecit datum venditionem nomine ad allodium suprascriptum in domine pregatio de Bataliis presbitero Rectore et ministratore altaris Sancti Georgii, siti in ecclesia Sancti Jacobi de Soncino, recipienti nomine et vice dicti altaris, nominative de pecia una terre vidate.... jacente in curte Isenghi in Silvamajori, perticarum tres, quinque pedum.... aut plus autem minus.... reperitur infra has coherentias cui coheret a mane via, a meridie heredes Lanfranchini Galli, a sero Joh. de Belexio, et a monte venditor suprascriptus, et si... alie sint coherentie..... in hoc dato vendicionis permaneat, ita ut de hic in antea, Rev. d.us Pergracius emptor et sui successores et cui dederit modo et nomine predicti habeat et teneat suprascriptam rem venditam, una cum accessu et egressu, seu cum superioribus et inferioribus suis quomodo legitur..... et in integrum.... Insuper suprascriptus Zaninus venditor cessit.... et permisit eum intrare in tenuta.... et ab omni homine defendere desbrigare suis.... expensis sub pena dupli..... et per anc vendicionem fuit confessus et manifestus dictus Zaninus se recepisse, habuisse et sibi solutum fare, nomine finiti precii a suprascripto domino Pergracio emptore stipulante sex libras et quatuor solidos denariorum bonorum imperialium, renuntiando.... fide jubendo pro dicto Zanino venditore in omne Ambroxius Batelana, obligando.... renuntiando.....

✝ Ego Bertolinus de Blanchis notarius sacri Palacii, vidi et legi, in quaternis imbreviaturarum q.m Petrini de Blanchis not..... suprascriptam scripturam non mortificatam nec canzelatam.... sub infrascriptis millesimo, indictione et die ut sopra.... Unde ex comissione in Bertolino notario suprascripto facta per dominum Johaninum de Perseghelo.... potestatem Soncini ad facienda et finienda instrumenta supr. imbrev...... nil adens ut minuens quod sensum mutat jam dictam scripturam autenticam et in publica forma reduxi et hanc cartam rogatus scripsi.

✝ Ego Gasparinns de Blanchis, not. sacri Palacii, vidi et legi una cum supr. Bertolino notario.... et pro secundo notario me subscripsi.

Archivio di S. Fedele in Milano. — Pergamene di S. Giacomo.

31.

1311, 3 Maggio.

Atto di sommissione dei Soncinati all'imperatore Enrico VII.

Anno domini MCCCXI. Indictione nona die tertio mensis maj. Apud Cremonam. In monasterio S. Laurentio. Presentibus dominis Treverensi et Thebaldo archiepiscopis, Henrico de Flandria, Manifredo Marchione Salutiarum, Andrea de Garretis et magistro Henrico de Geldonia, testibus. — Martinus de Pavaris, syndicus et procurator universitatis hominum de Sonczino, dyoc........ habens ad infrascripta plenam generalem et liberam potestatem et speciale mandatum a dicta universitate prout constat per quoddam publicum instrumentum manu dominici de la Lama publici notarii confectum, nomine suo et omnium singulorum de dicta universitate et de posse et districta dicti castri Sunczini, confessus fuit solempniter et publice recognovit serenissimum principem dominum Henricum dei gratia romanorum regem semper augustum esse et esse debere suum castri, districtus et jurisdictionis ejusdem castri et habitantium in eisdem natorum et nasciturorum verum legitimum naturalem et precipuum dominum absque medio et ipsum castrum posse et districtum et jurisdictionem ejus habitantes et habitaturos in posterum in iisdem subesse et subesse debere totaliter ejus regie ditioni et imperio. — Et ipsum dominum regem habere et habere debere in eisdem merum et mixtum imperium et jurisdictionem omnimodam sicut verus et naturalis dominus in suos veros fideles subditos et devotos. — Quare idem syndicus nominibus quibus supra promisit et juravit fidelitatem domino in omnibus capitulis....... anno, die et loco quibus supra dominus constituit vicarium in castro Sonczini.......

Dönniges, *Acta Henrici septimi*. — P. II, pag. 8.

Nota. — L'illustre professore Teodoro Wüstenfeld di Gottinga, che mi trasmise questo documento nel luglio 1869, ritiene inesatta la cronaca Estense (da me citata a pag. 88, del Vol. I,) che segna al 24 aprile la partenza di Enrico VII da Cremona, verificatasi invece dopo la metà di maggio.

32.

1311, 3 Ottobre.

Privilegio di Enrico VII Imperatore e Re dei Romani, a favore della Comunità di Soncino.

Actum Soncini. 3 Octobris 1311. Indictione. X. B. 15 N. 2.

In nomine Domini Amen. Anno Ejusdem millesimo trecentesimo undecimo. Indictione Decima. die tertia mensis Octubris. pontificatus Domini Clementis pape quinti anno sexto. ac regni Serenissimi Principis Domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper Augusti anno tertio. Per hoc presens publicum Instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris quod Serenissimus Princeps d.ns Henricus Dei Gratia Romanorum rex semper Augustus suprascriptus recepit ad suam gratiam et benevolentiam Castrum Sonzini cum ejus districtu in quo est Plebatus Calsi cum omnibus hominibus ibidem habitantibus aplicando et recipiendo ipsos in Cameram suam et Imperii, ita quod ad ipsum et cameram suam et Imperii a modo imediate pertineant et quod non teneantur in aliquo alicui alteri Comuni vel universitati aut singulari persone ratione dominii vel quasi vel alicujus subjectionis vel submissionis temporalis preter quam ipsi Domino Regi et successoribus ejus in regno et imperio Romanorum et in signum submissionis et dominii supradicti discretus vir dominus Girardus qui dicitur Masata de Andrachis Sindicus et procurator universitatis et hominum predictorum locorum procuratorio nomine pro ipsis de voluntate et expresso mandato assensu et consensu hominum dicte universitatis ibidem in contione publica ad sonum campane et vocem preconis more solito congregata, ipso Rege cum Prelatis Principibus et aliis suis Proceribus presente, in animas ipsorum fecit, et recognovit homagium et fidelitatem eidem Domino Regi et juramentum fidelitatis eidem Domino Regi prestitit juravit et promisit in omnibus et singulis capitulis forme fidelitatis nove et veteris prout hec et alia in quodam publico Instrumento manu mei Bernardi de Mercato camere dicti Domini Regis Notarii infrascripti confecto plenius continetur. Et ipsum Dominum Regem recognovit idem procurator, nomine quo supra suum et locorum predictorum et universitatum ipsorum, suum verum legiptimum et naturalem Dominum et precipuum ante omnes. Actum Sonzini in Palatio dicti Domini Regis.

Ibi testes fuerunt vocati ad hoc specialiter et rogati Dominus Baldoynus Archiepiscopus Treverensis. Cressonus Crivellus. Francischus Garbagnate. Lodrisius Crivellus de Mediolano, Albertinus Catusius de Papia. et plures alii.

Ego Bernardus de Mercato de Janua belicensis Diocesis Sacrosante Romane Ecclesie ac Sacri Imperii Auctoritate publicus Notarius hiis omnibus presens fui et rogatus hanc cartam scripsi et tradidi

+ Ego Pecinus de Sablis not. sacri Palatii ex licentia et precepto d.ni Lanfranchini de Gorzonibus Judicis d.ni Maratii de Guinzonibus pro imperatoria Majestate tunc vicarii Soncini et ejus districtus, supradictum instrumentum una cum Bonomine de Sablis et Rodolphino de Covo, notariis vidi et legi non mortificatum, nec cancellatum nec alio modo viciatum in aliqua sui parte, et ut in ipso erat ita scripsi et exemplavi, et autenticum ad perpetuam rei memoriam habendam et retinendam nihil addendo vel minuendo quod sensum mutet.

+ Ego Bonominus de Sablis not. Sacri Palatii ex licentia et precepto Domini Lanfranchini etc.

+ Ego Rodolphinus de Covo Not. Sacri Palatii ex licentia domini Lanfranchini etc. ad majorem firmitatem me supscripsi et signum meum apposui.

Archivio segreto del Comune di Cremona. — Monumenta Soncini. Vol. 1.

33.

1313, 13 Marzo.

Enrico VII assegna a Giovanni conte di Foretz quattro mila fiorini d'oro di reddito sopra il castello di Soncino che gli concede in feudo.

Lettres scellées en cire jaune du III ides de Mars 1313, *par les quelles Henri empereur à donné a Jehan conte de Foretz et à ses heritiers quatre mil florins de rente pour l'assignation des quelles il luij a baillé le chatheau de Soncin estant en diocèse de Cremone avec les appartenances et dependances pour cette seigneurie tenue en fief du dit seigneur.*

Henricus divina favente clementia romanorum imperator semper augustus, ad futuram rei memoriam. — Digni et benemeriti tanto sunt proveniendi favoribus et specialibus gratiis quanto se reddunt in sinceritate devotionis placidos et in obsequendo promptitudine

fructuosos. — Attendentes idque grata et fidelia servitia que nobilis vir Johannes comes de Forest fidelis noster dilectus nobis et imperio in Italie partibus hactenus exibuit et specialiter ex nunc in antea facere et exibere promisit, dignum reputamus et debitum quod ad eum nostre munificentie dexteram extendamus et horum consideratione, praesertim cum nemo propriis militare stipendiis teneatur sibi suisque legitimis heredibus de suo corpore descendentibus quatuor millia parvorum florenorum auri in redditibus annuis et in ipsorum florenorum assignationem et solutionem castrum Soncini Cremonensis diocesis cum ejus jurisditione territorio et districta tenore presentium in nobile feudum concedimus et donamus. — Verum si jura, fructus, redditus et proventus annui qui sibi ex hujusmodi donatione in castro territorio et districto predictis competunt ad valorem dictae quantitatis florenorum non adscenderent ut quod defuerit de quantitate ipsa dicti comiti et suis heredibus predictis singulis annis in festo B. Michaelis Arcangeli donec de assignatione hujusmodi in terris redditibus vel rebus aliis aequivalentibus in locis competentibus et proximi oribus eidem castro usque ad dictum valorem q. millium florenorum auri supplebimus de nostra camera persolvatur. — Si vero predicta jura fructus redditus et proventus dicti castri Sunczini dictum valorem excederent ad quantitatem in qua excesserint donationem et assignationem hujusmodi procedere volumus sed ...... ipsam quantitatem nostre camere reservamus. — Ad hoc conditionem addicimus quod dicti comes et heredes ejus nobis et successoribus nostris tam imperatoribus quam regibus romanorum cum quadraginta sufficientibus equis armorum videlicet pro quolibet centenario florenorum auri uno equo servient aliaque servitia faciant et per tres menses integros in quibuslibet locis Italie quolibet anno in expensis propriis predicta et alia servitia in registro nostre camere contenta faciant et facere teneantur, expresse reservantes nobis et iisdem successoribus nostris talia servitia jura servitii et dominu in supradictis castro ejusque jurisdictione territorio districtu et in rebus et bonis aliis si quas et siqua prefato comiti vel heredibus suis pro hujusmodi redditum suppletione si ea suppleri expediet assignabimus qualia in registro ipso continentur. Et quia memoratus nobilis nobis recipientibus pro nobis et successoribus nostris predictis et romani imperii suo et predictorum suorum heredum nomine pro castro jurisdictione, territorio et districtu aliisque predictis homagium et fidelitatis munimen prestitis et per juramentum ipsum nobis successoribus nostris predictis romanoque imperio obedientiam et fidelitatem debitam ac

etiam omnia alia que in forma fidelitatis veteri ac nova continentur perpetuo fideliter facere et observare ac servitia supradicta impendere, jura servitii et dominii nostri prefacta in quantum spectabit ad eum et heredes suos predictos, integraliter reddere et conservare ac ea vel eorum aliquod per se vel per alium publice vel occulte nulla tenus impedire ipsum suo et predictorum heredum nomine de castro jurisdictione territorio et districtu predictis tamquam de feodo nobili per baculum quem manu gestamus, presentialiter investimus..... Quo circa dilectis fidelibus nostris vicario, consilio et communi singularibusque personis dicti castri Soncini per imperiales apices districte praecipiendo mandamus quatenus dictis vicariis castrum ipsum statim visis praesentibus praefato comiti liberum et expeditum tradere praefatique consilium et communae aliacque singulares personae eidem fideliter obedire servire ac humiliter intendere sibique de omnibus juribus et redditibus spectantibus ad dominium ipsius loci absque difficultate qualibet integraliter respondere ac super his salvo et reservato primo fidelitatis debito in quo nostrae Majestati et imperio romano tenentur juramentum prestare cum promptitudine studeant....... ut nostram indignationem cupiunt evitare. — In cujus rei testimonium presentes literas nostre Majestatis sigillo jussimus communiri. — Datum Pisis 3 idus Martii indictione XI. — Anno domini millesimo trecentesimo XIII regni nostri anno quinto imperii vero primo.

LUILLIER. *Inventaire des titres du comte de Foretz,* pag. 496.

Nota. — Copia communicatami dal prof. Wüstenfeld, nel luglio 1869.

34.

1327, 20 AGOSTO.

Privilegio di Lodovico il Bavaro, Re dei Romani, a favore della Comunità di Soncino.

Ludovicus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus. universi Sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Quoties nostrorum et Sacri Romani Imperii fidelium comoditatis per gratias emunitates et per singula oportuna consulimus totiens bonum nostrum et predicti Romani Imperii procuramus nec non statum et honorem nostrum qui in augendo ipsum Impe-

rium consistit augemus et evidentius amplificamus. accedentes igitur ad serenitatis nostre presentiam fideles nostri et Sacri Romani Imperj homines Castri Sunzini nobis plenissima fide et sufficientius demonstrarunt quod predictum Castrum Sunzini ejus districtus in quo situs est Plebatus Caltij cum universis hominibus ibidem habitantibus, imediate ad Cameram nostram et Sacri Romani Imperij pertinent et quod nulli alteri Comuni vel Universitati aut singulari persone preterquam nobis ipsi Romano Imperio nostrisque successoribus Romanis Principubus non sunt aliqualiter subditi aut subjecti humiliter supplicantes quatenus de solita nostra clementia ipsis easdem gratias *E*munitates confirmare. nec non de novo dignaremur concedere et conferre. Nos vero eorum petitionibus favorabiliter annuere cupientes ac ipsis omnia jura et *e*munitates et gratias que et quas antiquitus possiderunt et habuerunt presentibus confirmantes predictum Castrum ejus districtum cum Plebatu Calsi nec non universos homines ibidem habitantes in nostram et Sacri Romani Imperii gratiam protectionem et benevolentiam recipimus specialem. decernentes et volentes ipsos immediate ad nostram et Sacri Romani Imperii Cameram ordinatius pertinere sic quod nulli alteri Comuni vel Universitati aut singulari persone ratione dominii vel quasi vel alicujus subjectionis vel submissionis preterquam nobis nostrisque successoribus in Romano Imperio subditi esse debent vel subiecti quoquomodo. Recepto ab eis fidelitatis q.in semper nobis et Imperio servare tenentur debito Sacramento. Nulli ergo hominum cujuscumque conditionis seu status persona existat Ecclesiastica seu secularis alta vel humilis nec Comune aut Universitas quecumque audeat hanc nostre concessionis infringere vel ei in ausu aliquo temerario contra ire. Quod qui facere presumpserint nostram indignationem Regiam et penam centum librarum. auri. quarum medietas fisco nostro. alia vero medietas ipsis passis iniuriam irremissibiliter persolvant se noverint santione presentium procul dubio incurrisse. In cujus rei testimonium presentes conscribi et sigillo majestatis Regie jussimus communiri.

Dat. in Sunzino vigesimo die mensis Augusti. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo Regni vero nostri anno tertiodecimo.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

35.

1329, 28 Aprile.

Diploma di Lodovico il Bavaro, in data di Soncino, a favore dei Conti di Nassau e di Dietsch.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer Keiser zu allen ziten merer des reychs. — Tün chunt allen den, die disen brief ausehent oder horent lesen, das wir augesehen han die genemen und untzbern dienst, die uns und dem reych die edeln manne Emch graf von Nazzawe un Gotfrit graf von Dietsch untz her getan habn und noch wol getün mögen, und habn den vorgnanten graven und iren erben gefriet purg und stat datz Dietsch, und sullen die vorgnanten purg und stadt und alle ir purger alle die friheit, reht und gewonheit haben und niezen, die Frankenfurt, under und des reychs stat, und ir purger nutz her gehabt hat und noch hat. — Und dar uber zu urkunde geben wir in disen brief versigelten mit unserem keiserlichem insigel.

Der geben wart zu Suntzin, au fritage vor Sand Walpurge tage, do man zalt von Christes gepurt dreutzehen hundert jar, dar nach in dem neunden und zweintzigstem jare, in dem funfzehendem jare unsers reychs, und in dem andern unsers keisertumes.

Acta Imperii Selecta von I. F. Böhmer Ges. doc. n.o 726.

Nota. — Nell'opera dell'egregio prof. Ficker (Regesten Ludwigs des Baiern. Suppl. p. 358) è citato altro diploma, in data di Soncino 30 aprile 1329, con cui Lodovico il Bavaro concede parecchi privilegi a Spinetta figlio di Gabriele Malaspina.

Così da una lettera indirizzatami dal Wüstenfeld in data 15 agosto 1869.

36.

1340, 1° Giugno.

Citazione del Vicario Visconteo, fatta al Comune di Cremona, dietro reclamo dei Soncinesi, che non volevano esser molestati nell'antico loro diritto di esiger dazio sulle mandre che venivano a pascolare nella Pieve di Calcio.

Amici karissimi. Significamus vobis quod Redulfinus de Covo et Bonominus de Sablis sindici et procuratores comunis et hominum terre de Sonzino ad terminum eis statutum de questione que vertitur inter vos. ex una parte. et comune de Sonzino. ex altera. comparuerunt coram nobis et exibuerunt et produxerunt coram nobis declarationem seu petitionem tenoris infrascripti — Vobis et coram vobis Domino Guglielmino de Ciminago Judice et Vicario Magnificorum Dominorum Mediolani cui per prefatos Dominos comissa est audientia et diffinitio questionis vertentis et verti possentis inter comune Cremone ex una parte. et comune Sonzini ex altera. Significavit Redulfinus de Covo et Bonominus de Sablis sindici et procuratores et sindicario et procuratorio nomine dicti comunis Sonzini et pro ipso comuni quod ipsum comune Sonzini est in possessione seu quasi honoris comodi et utilitatis pedagiandi teloneum datum et pedagium colligendi a quibuscumque malgariis et de quibuscumque malgiis venientibus stantibus et reddeuntibus in herbaticum et arbatico et super herbatico plebatus Calzi cum bestiis pro eundo stando et reddeundo et de quolibet cent. (sic) pecudum soldum unum Imper. et de qualibet bestia bovina Imper. decem. et quod in ea possessione seu quasi fuit et stetit dictum comune Sonzini per decem. viginti. triginta. quadra ginta annos et per tantum tempus. cujus memoriam in contrarium non existit. Et quod comune Cremone indebite et injuste turbat et inquietat ipsum comune Sonzini in dicta possessione seu quasi predicta. Quare predicti sindici et procuratores dictis nominibus a vobis prefato Domino Vicario postulant et requirunt quatenus ipsum comune Cremone a dicta inquietatione et turbatione compescatis et totaliter prohibeatis. salvo sibi omni jure addendi mutandi et cori gendi et alterius petitionis et declarationis porrigendi si opus erit semel et pluries. Petentes ipsi sindici a Nobis ut super predicta petitione procedemus. Quare mandamus vobis et cuilibet vestrum quatenus infra dies octo duos pro primo et duos pro secundo et reliquos alios pro tertio et

peremptorio termino assignando compareatis coram nobis legiptime per legiptimum procuratorem seu sindicum ad respondendum dicte petitioni seu declarationi coram nobis porrecte ad petitionem comunis et hominum Sonzini. alioquin super ipsa questione et in ipsa questione et in dicta petitione procedemus pro ut jus nobis requirit absentia virorum seu alicujus eorum non obstante et ulterius non citat. de quorum presentia harum Relatione vel publico Instrumento inde confecto plenam dabimus fidem. In quorum testimonium presentes Litteras fieri fecimus et nostri sigilli roboratas.

Dat. Mediolani die primo junii MCCCXL. Indictione VII.

Solvatis nuntio de ejus mercede propter vestram contumaciam soldos XII. Imper.

Guilielminus de Ciminago Judex et Vicarius predictorum Dominorum et cognitor questionis predicte.

Nobilibus Viris dominis . . . Potestati et sapientibus in comuni Cremone.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

Nota. — Documento trasmessomi dal dottor Ippolito Cereda.

37.

1341, 9 e 10 Marzo.

Congresso tenutosi in Castelleone tra gli inviati di Soncino e quelli di Cremona, allo scopo di definire ogni vertenza tra i due Comuni mediante un arbitramento, che però non sortì alcun effetto. — Documenti N. 2.

I.

Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo primo. Indictione nona. dei Veneris nono Martii. In Castro Leoni. presentibus Botino Mandollo. Zohannino de Cagavitellis de Cremona, et Maffino de Pistoribus, testibus, nec non presentibus Domino Rafayno de Farfengo notario se subscripturo pro secundo Notario ad confirmandum secundum formam Statutorum Comunis Cremone. Dominus Mafinus de Meliis unus ex Arbitris ut dicitur asumtus super questione vertenti inter Comune et homines Cremone et Johannem de Stagnatis eorum Sindicum et procuratorem ex parte una. et Comune et homines terre Sonzini et Dominum Bonominum de Sablis sindicum et procuratorem eorum ex parte altera; ut de

dicto promisso dicitur contineri duobis Instrumentis tractatis per Scarabellum de Fadeghetis notarium Cremonensem et quemdam alium notarium de terra Sonzini et quemlibet eorum. Et Dominus Johannes de Stagnatis Sindicus et procurator predictus, et Sindicario et procuratorio nomine predictis. nec non Albertinus de Algarisiis notarius. Volentes parere mandatis Magnificorum Dominorum Dominorum Johannis et Luchini de Vicecomitibus Dominorum generalium Mediolani, Cremone, etc, etc. oficialum eorum et cujuscumque eorum nec non mandatis nobilis et potentis viri Francisci de Carchano honorabilis Potestatis civitatis Cremone et ejus Vicarii et Sapientium factis et negotiis comunis Cremone presidentium secundum quod eis impositum fuit die Veneris suprascripta post nonas et ante vesperas in Castroleone territorii Cremonensis se personaliter presentaverunt causa esendi cum arbitro et arbitris sindico, et notario electis pro parte comunis et hominum terre Sonzini pro omni questione dirimenda vertente inter partes predictas et pro omnibus agendis et per agendis que sint consona juri et pro omnibus faciendis adimplendis et exercendis que continentur in literis oficialium predictorum Magnificorum Dominorum Dominorum Johannis et Luchini ac etiam requisiverunt voce arbitros et arbitrium sindicum et notarium dicte terre Sonzini quos tunc non invenerunt tempore dicte requisitionis pro predictis per agendis et rogaverunt me Julianum de Mussis notarium infrascriptum ut de predictis conficerem pubblicum Instrumentum unum et plura.

Ego Julianus de Mussis Sacri Palatii predictis omnibus et singulis inter fui et hanc cartam seu cartas rogatus scripti. meumque signum apposui consuetum.

II.

Actum in Castroleone.

ANNO 1341, 10 MARTII. Capsa Soncini. A. 43.

Indictione IX.

Anno Dominice Incarnatione millesimo trecentesimo quadragesimo primo. Indictione nona. die decimo mensis Martii. in mane. in Castroleone. presentibus dominis Raphayno de Farfengo et Petro de Ferrariis dicto Rubeo testibus ibi rogatis. Domini Mafinus de Meliis arbiter et arbitrator. Joannes de Stagnatis sindicus et procurator et Albertinus de Algariis notarius ex parte una, et dominus Lafranchus de Coduris arbiter et arbitrator electus pro parte Comunis et hominum terre Sonzini et domini Bonomini sindici et pro-

curatoris super questione vertente inter Comune et homines Cremone et Comune et terre Sonzini. una cum Guilielmo de Lanzonibus dicto clerico notario ex parte altera occasione questionis predicte tractande terminande et omnium faciendorum que facere habebant in simul convenerunt et se presentaverunt in Castroleone in domo prioratus sancte Marthe de Castroleone subiecti et suppositi Monasterio sancti Laurentii de Cremona. que domus fuit Petri dicti Boerii de Pistoribus. cui domui coheret a mane parte via, a meridie terralium dicti Castri, a sero anditus domus dicti prioratus, a monte porticus dicte domus. Qui omnes suprascripti simul tractantes de questione predicta et de ordine dando quoniam p.de.t multa verba exposuerunt et finaliter post multa hinc inde dicta prefatus dominus Mafinus unus ex arbitris suprascriptis considerans quod terminus compromissi dicte questionis erat brevis et dicebatur finire in die dominica seguenti, volens parere litteris ofitialium Dominorum Dominorum Johannis et Luchini in quibus dicebantur contineri quod omnino infra terminum compromissi deberent dictam questionem terminare. requisivit predictum D. Lafrancum unum ex arbitris suprascriptis presentem et intelligentem ut sibi placeret et vellet propter brevitatem temporis super questione predicta statuere terminum unicum ipso domino Mafino predictis dominis Johanni et Bonomino sindicis et procuratoribus presentibus et intelligentibus hodie ante tercias ad capitulandum. et ante nonas ad probandum et ante vesperas et in horis vesperarum ad pubblicandum processum et ad sententiam audiendum et hoc ad instantiam prefati domini Johannis dicto modo et nomine ipso domino Mafino oferente predicta facere se paratum. Qui dominus Lafranchus respondidit quod deliberaret super predictis cum sociis suis. Postmodum cum modico intervallo temporis predictus Dominus Lafranchus retulit quod abita super predictis deliberationibus predictis consentire nolebat et predicta facere recusabat propter brevitatem temporis.

Qua responsione sic audita per ipsum dominum Mafinum. ipse Dominus Mafinus sedens in camera predicta ad instantiam prefati Domini Johannis dicto nomine in quantum potuit volens hobedire literis officialium predictorum dominorum-dominorum Johannis et Luchini invite ..... terminum supradictis Dominis Johanni de Stagnatis et Bonomino de Sablis sindicis et procuratoribus suprascriptis dictis modis et nominibus presentibus et intelligentibus hodie ante tercias ad capitolandum et ante nonas ad probandum et quod in horis vesperarum compareant ad videndum publicum processum et ad sententiam difinitivam audiendam. et hoc ad instantiam pre-

fati Johannis de Stagnatis Sindici et procuratoris suprascripti. Non consentientibus predictis Dominis Lafrancho et Bonomino set potius contradicentibus. Quibus sic peractis prefatus Dominus Mafinus dixit et protestatus fuit predictis Dominis Lafrancho et Bonomino et cuilibet ipsorum quod predicta que fecerat fecit propter brevitatem temporis. Et si plus de tempore habuisset majorem et majores dilationem et dilationes dedisset daret et paratus esset dare et quia bene sibi dum videbatur in tam brevi tempore omnia suprascripta facere et perficere. Et ideo propter huiusmodi denunciam evitandam se paratum optulit predictum compromissum prolunget majores dilationes et competentes dare una cum suprascripto Domino Lafrancho et revocare suprascriptas dilationes dum tamen compromissum prorogetur. Insuper *op*tulit predictus Dominus Mafinus se paratum facere quod predictus Johannes de Stagnatis sindicus et procurator suprascriptus prorogabit suprascriptum compromissum ad terminum competentem ita quod dilationes competentes dari possint et etiam de novo faciet compromissum ad major tempus super questione predicta uti dilatione competenti statui possit qui Johannes de Stagnatis obtulit se dicto nomine paratum predicta facere et predictis consentire dictis et expositis per suprascriptum Dominum Mafinum dum tamen predicti Domini Lafranchus et Bonominus predicta facere velit et predictis consentire ac etiam requisivit eos quod predicta facere velit qui Domini Lafranchus et Bonominus responderunt quod erant ibi et ad dictum locum venerant causa audiendi et intelligendi siquidem diceretur eis pro parte Comunis Cremone. et eis respondendi et quod non erant ibi alia de causa. Et qm. domini Mafinus et Johannes de Stagnatis dicto nomine dixerunt et responderunt quod non erant ibi causa aliquid petendi de novo set erant causa procedendi super questione incohata inter partes snprascriptas coram sapienti et discreto viro Domino Gullielmo de Corniacho judice et officiali Magnificorum Dominorum Johannis et Luchini et de qua factum erat compromissum pro ut dicitur per partes suprascriptas in Dominos Mafinum de Meliis et Grifinum de Riparis ex parte una et Dominos Adhelardum de Cauciis et Lafranchum predictum ex parte altera, et dictam questionem fine debito terminandi protestaverunt quod predicta erant parati ad implere et eos requisiverunt in omnibus et per omnia ut supra qui Domini Lafranchus et Bonominus responderunt quod compromissum facere nolebat de novo et aliquod compromissum prorogare nisi eis et ab eis pro parte Comunis Cremone aliquid peteretur. Et sic verbis multis hinc inde prolatis predictus D. Mafinus

qm. postquam aliud facere nolebat nec aliquid aliud dicere predicti de Sonzino quod ipse D. Mafinus eos expectaret per dictam diem Sabbati ad audiendum si aliquid dicere vellent. Alioquin die Dominica Sequenti Cremona rediret nolens gravare Comune suum indebitis expensis qui Dominus Mafinus et Johannes de Stagnatis sindicus et procurator suprascriptus rogaverunt me Julianum Notarium suprascriptum ut de predictis omnibus et singulis conficerem unum et plura publica Instrumenta.

Ego Julianus de Mussis notarius sacri Pallatii predictis omnibus et singulis interfui et hanc cartam rogatus scripsi meumque signum apposui consuetum.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

38.

1341, 6 Agosto.

Bolla di assoluzione dall'interdetto, accordata dal S. P. Benedetto XII a Soncino e suo distretto.

Benedictus XII, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. — Sanctam Matrem Romanam Ecclesiam cujus ubera fragrante dulcedine pietatis, decet in cunctis actibus suis Comitem habere Clementiam et viscera gestans pie matris ad singulos semper prompta sit parcere, ac misericordia super exaltante judicium eis qui ab ejus filiali devotione recesserant humiliatis et penitentibus et redeuntibus et recurrentibus premium, veniamque devote poscentibus Clementie sue Januam aperire.

Sane dilectis filiis Leone de Dugnano et Manfredo de Saraczonibus de Mediolano Juris peritis, ambassiatoribus et nuntiis, nec non Guidolo nato qm. Benedicti de Calice, civibus mediolanensibus, procuratore ac Syndico Comunitatis, Universitatis et hominum Castri de Soncino ejusque districtus, Cremonensis diocesis et quarumdamen singularum personarum Communitatis, universitatis et hominum eorumdem nominatim expressarum pro infrascriptis exequendis ad nos et sedem apostolicam specialiter destinatis, coram nobis et fratribus nostris, ejusdem S. R. Ecclesie Cardinalibus in Concistorio, presente ibidem tam Prefatorum quam aliorum multitudine copiosa fidelium, se cum reverentia debita presentatibus et devotionem sinceram quam Communitas, Universitas et homines et singulares Persone predicti ad nos et d.am Romanam Ecclesiam gerunt et constanter disponunt gerere in futurum devote ac humiliter ex-

ponentibus, Prefatus Guidolus predictum instrumentum sijndicatus seu Procurationis, cujus tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, exibuit in nostram et fratrum nostrorum presentia predictorum quoquidem instrumento de mandato nostro in concistoro ipso facto prefatus Syndicus et Procurator Syndicario et procuratorio nomine predictorum quorum Syndicus et Procurator existit devote et humiliter recognovit et sponte ac reverenter confessus fuit, quod dictum Castrum de Soncino, ejusque districtus, nec non homines et habitatores eorumdem fuerunt et steterunt . . . .

. . . .

quondam Matthei de Vicecomitibus de Mediolano quondam . . . . contra d.am S. R. Ecclesiam non . . . . in Heresi neque in aliqua . . . . alicujus Heresis, et etiam temporibus quibus dicitur quod ipsi Mattheus et . . . . . . fuerunt in rebellione ipsius S. R. Ecclesie ac eis et cuilibet eorum obediverunt et dictis temporibus paruerunt prout... facere consueverunt et eis ut talibus faverunt, ipsos in dominis et preeminentiis eorum totis viribus defendendo ab omnibus eos volentibus impugnare ac dejicere de dominiis eorundem et exercitus et Cavalcatas....... et cujuslibet et ipsorum voluntatem et mandatum faciendo contra omnes et singulos inimicos et rubelles eorum, seu alterius eorumdem, subsidia pecuniaria eis prebendo et collectas ac talias persolvendo ad impositionem et voluntatem ipsorum et alia etiam onera supportando licet Castrum et districtus predicti Communia et homines eorundem ipsa pecuniaria sussidia eisdem preberent et solverent dictas Talias et collectas et alia onera supportarent non voluntarie sed invite . . . . . . et in diversis aliis etiam eisdem favendo ad mandatum ipsorum . . . . et cujuslibet ipsorum in omnibus . . . . possibilitatem ipsorum; propterquam in heresi vel aliqua fautioria ejusdem in quibus nunquam eisdem vel eorum alteri obediverunt nec favorem aliquem prestiterunt, quod eumque castrum ed homines ac habitatores ipsius et districtus ejusdem fuerunt aliquibus temporibus . . . . et facientes quandoquidem de voluntate . . . . quandoquidem preter ejus voluntatem, Ludovico de Bavaria, etiam in coronatione facta in Mediolano scientes ipsum tunc temporis esse rebellem ejusdem S. R. Eccl. ac ipsi Ludovico tamquam Regi Romanorum et se nominanti Imperatorem licet non esset per sanctam Romanam Ecclesiam approbatus faverunt obediverunt et intenderunt sicut supradictum est in omnibus preterquam in Heresi vel aliqua fautioria seu specie heresis in quibuscumquam eidem Ludovico vel alicui alii obediverunt nec favorem aliquem prestiterunt et etiam favorem et obedientiam predictos

ipsi Ludovico prestiterunt non voluntarii sed inviti et coacti......
quandoquidem per ipsum Ludovicum seu agentes ejusdem........
. . . .

Insuper, dictus Syndicus et Procurator quo supra nomine recognovit et confessus fuit quod Castrum Communitas et districtus predicti nec non homines et habitatores eorundem, aliquibus temporibus nuntios quondam Petri de Corbario tunc antipape scismatici et apostolici, tempore quo felicis recordationis Iohannes Papa XXII. Predecessor noster inhumanis agebat, et unum anticardinalem legatos et predicatores ipsius antipape etiam predicantes contra prefatum predecessorem nostrum scienter receperunt et faverunt eisdem, ipsos ut tales honorabiliter excipiendo et favorabiliter pertractando ac eis reverenter obediendo non tamen in heresi nec in aliqua fautioria alicujus heresis, neque eis vel alicui eorum in aliqua heresi vel spem alicujus heresis seu contra catholicam fidem favorem vel auxilium aliquod ullo tempore prestiterunt nec etiam unquam crediderunt dictum Petrum de Corbario fuisse vel esse verum Papam nec dictum anticardinalem, legatos, nuntios fuisse vel esse nuntios veri Pape, ac etiam receptionem obedientiam et favorem hujusmodi ut dictum est, prestiterunt et fecerunt non voluntarii sed inviti et coacti et propter timorem ut de aliis est premissum.

Et nihilominus in castro et districtu predictis fuerunt aliquoties clericis et ecclesiasticis personis secolaribus eorum dum imposite tallie et sollecte et nonnulla alia onera temporibus quibus dictum castrum rectum fuit per dominum Ludovicum seu ad petitionem ipsius Ludovici et per officiales tunc Presidentes domino Castro exacte ac exacta etiam ab invitis et contra Iura et Ecclesiasticam Libertatem patientibus et non contradicentibus sed potius assistentibus dictis Exactoribus in illis communi et populo castri ejusdem.

Et subsequenter dominus syndicus ad evidentiam boni et veri propositi quod dictum Castrum de Soncino, nec non Ville Terre et Loca districtus ejusdem et homines eorumdem persistendi in obedientia et devotione S. M. Ecclesie atque nostra et successorum nostrorum habere noscuntur solemniter bona fide promisit nomine predictorum quorum sindicus et procurator existit prout ab eis in mandatis habebat quod Castri predicti nec non villarum, terrarum et locorum districtus predicti, communia et homines, dacia, gabellas et collectas, sive pedagia vel alia onera per se vel alium seu alios non imponent nec imponi facient vel permittent ecclesiis sive eccles.cis locis et personis castri predicti, nec non villarum terrarum et locorum districtus predictorum. Nec eadem pedagia, gabellas, col-

lectas et alia onera ab eisdem ecclesiasticis locis et personis ecclesiasticis hujusmodi vel bonis eorum exigent vel exigi facient aut permittent contra canonicas sanctiones, directe vel indirecte, publice vel occulte nec illa imponentibus aut exigentibus dabunt auxilium, consilium vel favorem. Quinimo ecclesias et ecclesiasticas personas predictas in suis bonis juribus et libertatibus conservabunt. Et quod presidentes regiminibus castri, villarum, terrarum et locorum districtus predictorum quatenus ad eos tanquam ipsorum rectores spectabit, teneantur si secus fieret, ipsis ecclesiis et ecclesiasticis personis de impositionibus sive exationibus hujusmodi conquerentibus exacta restituere seu restitui facere, ac impositiones factas etiam revocare seu revocari facere celeriter summarie sine strepitu iudicii et figura Alioquin penas ratum incurrant super his a sacris canonibus promulgatas. Quodque ipsi presidentes et communia ac singularis persona ipsorum judices ecclesiasticos non impedient quominus contra imponentes et exigentes hujusmodi, libere procedere valeant ad publicationem dictarum penarum et alias juxta canonica instituta.

Insuper dictus sindicus juravit ad Sancta Dei Evangelia per eum corporaliter manu tacta in...... constituentium predictorum prout ab eis specialiter in mandatis habebat; quod castri de Soncino, nec non villarum, terrarum, districtus predictorum communia et homines parebunt semper premissis, omnibus et singulis commissis per eos mandatis ecclesie atque nostris, et quod similia de cetero non committens, et infrascripta omnia et singula inviolabiliter observabunt et adimplebunt, ac procuratorio et sindacario nomine communium et universitatum castri, villarum, terrarum, locorum et districtus predictorum et singularum personarum ipsorum promisit et juravit etiam in animas eorundem quod communia universitates ac singulares persone predicti, nobis et successoribus nostris canonice intrantibus erunt devoti et fideles ac obedientes tamquam Christi Vicario, et serenissime matri ecclesie veluti ceteri veri et Catholici Christiani, et quod prefato Ludovico et sequacibus suis per ecclesiam condemnatis et aliis quibuscumque per dictam ecclesiam denotatis (illisqui de injusta condemnatione, occasione premissarum conqueruntur ut infra sequitur exceptis) et denotandis in posterum de heresi vel fautoria ipsius nunquam scienter dabunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte nec eos scienter receptabunt in castro, villis, terris et locis et districtu predictis vel aliis quibuscumque ipsorum administrationi vel jurisdictioni subjectis vel subjciendis quo usque ad ecclesie redierint unitatem.

Et quod aliquem qui veniret ad partes Italie, sub nomine imperatoris vel regis romanorum vel administratoris jurium imperii vel regni romanorum aut quemvis alium quovis titulo seu nomine pro eodem non receptabunt in castro, villis, terris et locis ac districtu predictis, nec eis dabunt scienter publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem priusquam fuerit per sedem apostolicam approbatus.

Et nihilominus sindicus et procurator predictus quo supra, confessus fuit et juravit specialiter et expresse quod communia castri, villarum, terrarum et locorum et districtus predictorum, ac homines eorundem pro certo credant et firmiter tenent quod non spectet ad imperatorem Papam deponere vel Papam facere ac hereticum reputant aliter credere vel docere ac heresim damnatam per ecclesiam quam et ipse syndicus quantum in eo est et prefato sindacario et procuratorio nomine potest juxta determinationem ecclesie anathemizavit et damnatam etiam reputavit.

Idem quoque syndicus procuratorio et syndicario nomine supradicto promisit et juravit quod communia et homines predicti de ipsis castro, villis, terris et locis alia quibuscumque ipsorum jurisdictioni, regimini seu administrationi subjectis vel in ante subjciendis universos et singulos hereticos ab ecclesia denotatos et in posterum denotandos, nec non manifestos scismaticos pro viribus bona fide expellere ac exterminare curabunt quousque ad ecclesie redierint unitatem protestans dictus syndicus quod ad illos qui ut premittitur premissorum occasione de crimine hæresis vel fautoria ipsius se injuste condemnatos conqueruntur se articulis hujusmodi non extendet, donec eam ordinationem quam super hoc facimus de his quæ proponunt contra condemnationes ipsas cognitum fuerit et etiam deffinitam.

Promisit etiam et juravit dictus procurator et syndicus, nomine predicto quod communia castri, villarum, terrarum et locorum districtus predictorum ac singulares homines eorundem nuntios et gentes nostras ac successorum nostrorum et sancte romane ecclesie per castrum, villas, terras et districtum et alia locaeorum jurisdictioni subjecta et subjcienda pro tempore ipsis scientibus transeuntes curialiter recipient et tractabunt ipsosque defendent et protegent bona fide.

Preterea promisit dictus procurator et syndicus nomine castri de Soncino nec non villarum, terrarum, locorum et districtus communium et hominum et singularum personarum predictorum ac juravit in . . . . . . eorundem prout ab eis in mandatis habebat quod consti-

tuentes ipsi omni malitia dolo et fraude cessantibus ecclesias et personas ac loca ecclesiastica universa castri, villarum, terrarum et locorum predictorum et districtus ejusdem ipsorumque bona libertates et juria omnia manutenebunt et defendent et ipsa vel eorum aliqua non usurpabunt seu occupabunt directe, vel indirecte, nec usurpata vel occupata tenebunt sed ea libere et cum effectu dimittent et restituent ecclesiis et personis quibus ...... eorum restitutio facienda, ac ecclesias clericos, loca et personas ecclesiasticas hujusmodi, bonis, juribus et libertatibus eorundem libere usi et frui, illosque ea pacifice possidere ac eorum fructus et reditus et proventus permittent percipere et habere, ac promittent illos non usurpare nec occupare aut usurpata vel occupata tenere, seu quominus ecclesie clerici ac persone ecclesiastice predicti hujusmodi, bonis juribus et libertatibus libere et pacifice usi et frui nec non ea pacifice possidere ac illorum fructus et reditus ut premittitur percipere valeant et habere. Nec ecclesiasticos aut personas ecclesiasticas in premissis impedire quoquomodo volentibus consentiet, nec in his dabunt directe vel indirecte publice vel oculte auxilium consilium vel favorem qui nimo facient et procurabunt solo posse cum effectu quod usurpata et occupata de bonis et juribus ecclesiarum locorum clericorum et personarum ecclesiarum dimittantur et restituantur prelatis ecclesiis locis clericis et personis predictis, preterquam castri, villarum, terrarum locorum districtus predictorum notoriis inimicis quos in casu in quo ad pacem et concordiam cum eorum communitatibus et universitatibus devenire nollent manutenere ac defendere non permittent.

Rursus promisit syndicus memoratus procuratorio ac syndicario nomine antedicto ac juravit in animas constituentium eorundem quod ipsi quorum syndicus et procurator existit Bononienses et Ferrarienses civitates earumque comitatus et districtus ac Marchiam Anconitanam Romandiolam, ducatum Spoleti, patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam et Marittimam aut aliquam partem earum, seu terras, districtus, pertinentias, honores aut Bona et Jura eorundem vel quascumque alias civitates terras castra fortalitia villas et loca seu habitationes hominum, quecumque dominia, jurisdictiones Portus vel passus terre vel aquarum fluminis seu assensus, vel ressensus per eorum stratas, vel vias publicas, vel privatas quarumcumque civitatum comitatuum districtuum provinciarum seu locorum proxime nominatorum ad nos et romanam ecclesiam spectantia vel que sub nostro et ejusdem romane ecclesie nomine reguntur aut tenentur seu in quibus nos et romana ecclesia

jus habemus qualiacumque sint et in quibuscumque ac ubicumque consistant aut personas ecclesiasticas vel seculares earundem civitatum comitatuum provinciarum locorum et districtuum hujusmodi vel alicujus ipsorum per se vel alium seu alios directe vel indirecte publice vel oculte non offendent aut subtraent nec invadent nec capient nec usurpabunt vel impedient aut predabuntur seu spoliabunt in toto vel in parte nec talia facientibus aut attentantibus vel facere ac attentare volentibus dabunt seu prestabunt succursum auxilium consilium vel favorem, nec eis in personis bonis vel rebus eorum irrogabunt damna, injurias vel offensas sine nostra et successorum nostrorum et ejusdem romane ecclesie licentia speciali nec civitates comitatus provincias districtus terras ac loca proxime dicta vel aliqua eorundem ejusdem ecclesie vel sub dominio et regimine ipsius consistentia ipsis appropriabuntur vel ea eidem romane ecclesie auferent vel quomodolibet subtrahent in futurum, adjecto tamen et salvo quod si commune alicujus de civitatibus provinciis seu locis comitatuum et districtuum predictorum que tenentur seu reguntur ipsius romane ecclesie nomine seu persona singularis, commune seu populum dicti castri de Soncino nec non terrarum et locorum districtus ejusdem quorum ipse syndicus procurator existit vel alicujus eorum aut personam singularem de illis vel etiam a converso aggrederentur primo vel offenderent aut hostes vel emulos ad ipsos offendendos receptarent communia aut singularis persona taliter offensa vel invasa tam per viam justitie quos vim vi repellendo cum moderamine inculpate tutele prout exponet facti et temporis qualitas se et bona ac loca sua defendere valeant et tueri sic tamen quod in civitatibus et locis predictis, que ut premittitur tenerentur seu regerentur nomine predicte romane ecclesie jus ecclesie predicte ac etiam civitatum castrorum si quod eisdem in illis vel eorum aliquo seu hominibus ipsorum vel alicujus eorum competat ipsis romane ecclesie civitatibus vel castris quibus per premissa vel aliquod premissorum non prejudicetur in aliquo salvum semper remaneat et illesum nec per premissa intelligatur cuique concessa licentia offensiones et invasiones seu congressos aliquos illicitos procedendi sed si dictis castro, villis, terris et locis et districtui ejusdem quorum dictus syndicus procurator existit in civitatibus castris vel locis prefatis que ut premittitur tenentur seu reguntur nomine romane ecclesie memorate, vel aliqua ipsorum aut hominibus eorum vel alicujus eorundem jus aliquod competat, communia castri, villarum, terrarum et locorum districtus ejusdem quorum idem syndicus procurator existit vel eorum aliquod cujus

intersit jus hujusmodi si velint possint per eorum syndicum per viam justitie apud Apostolicam Sedem prosequi prelibatum ubi eis ministrabitur justitie complementum nec juri hujusmodi propterea intelligatur in aliquo derogati.

Quibus quidem confessionibus recognitionibus promissionibus, protestationibus per eundem syndicum dictorum communium universitatum et singularum personarum ejusdem castri de Soncino, districtus ipsius nomine factis, prefatus syndicus predicto nomine veniam gratiam et misericordiam nostram et ejusdem romanie ecclesie et apostolice sedis reverenter exposcens, nobiscum omni humilitate devotione ac reverentia flexis genibus supplicavit, ut cum singulares persone communium et universitatum predictorum propter eorum multitudinem et multorum paupertatem majores etiam ipsorum communium propter capitales inimicitias quas habent se non possint commode apostolico conspectui presentare pro petendo absolutionis beneficio a penis et sententiis quas propter premissa et eorum occasione quomodolibet incurrissent ipsique verum et sincerum propositum habeant penitendi et perseverandi in premissis omnibus per dictum syndicum predicto nomine promissis, communibus et universitatibus ac singularibus personis predictis eorumque sequacibus et fautoribus seu dantibus eisdem auxilium consilium vel favorem ab interditionum excommunicationum et privationum aliisque penis et sententiis quibuscumque juris vel hominis spiritualibus et temporalibus nec non perjuriorum reatibus quas et que communia et singulares persone predicte propter premissa in instrumento et capitulis predictis expressa et contenta vel eorum occasione, vel quia terras aliquas invasisse dicerentur ad romanam ecclesiam pertinentes quandolibet incurrissent et de absolutionis et restitutionis in integrum ad honores, bona, jura, privilegia, libertates, immunitates status et famam nec non et abolitionis inhabilitatis cujuslibet et infamie beneficiis providere misericorditer ac interdicta quibus communia castrum, ville, terre et districtus et loca predicta premissorum aut alicujus eorum occasione quomodolibet subiicerent relaxare de consueta ipsius sedis clementia et misericordia dignaremur offerens et promittens syndicus antedictus juramento per eum super hoc prestito nomine et in animas constituentium predictorum corporali quod communia castrum, terre, ville et loca nec non singulares persone ipsorum prefate super predictis omnibus et singulis excessibus inobedientis et contumatiis expressis in capitulis supradictis stabunt et parebunt in omnibus et per omnia nostris et ecclesie beneplacitis et mandatis ac suscipient humiliter

et observabunt et complebunt mandata hujusmodi ac etiam penitentias quas singularibus personis predictis per nos seu alios duxerimus infligendas pro premissis et eorum singulis seu etiam imponendis et in animas predictorum constituentium quorum .... procurator et syndicus ad sancta Dei evangelia ibidem corporaliter manu tacta juravit quod communia prelibata predicta omnia et singula per eum promissa predicto nomine et jurata prout supra expressa sunt, tenebunt, complebunt et inviolabiliter observabunt et non contrafacient vel venient per se vel alium seu alios directe vel indirecte publice vel occulte, illaque predicta commune ipsius castri Soncini ratificabunt approbabunt et ex certa scientia confirmabunt ac ratificationem approbationem et confirmationem hujusmodi nobis et sedi apostolice per instrumentum publicum sigillo dicti communis ipsius castri sigillatum infra terminum competentem quem ordinandum duximus destinabunt.

Nos igitur recognitionibus, provvisionibus, obbligationibus protestationibus et jurisdictionibus predictis benigne admissis more Pii Patris injuriarum et offensarum receptarum immemores ubi ad hec contrictiones humilitatis et vere penitentie signis congruentibus innitentur et propterea cum communibus et hominibus predictis quorum dictus Guidolus syndicus et procurator existit ut erga nos et sedem eandem constantionis devotionis fervore in posterum habeantur misericorditer super premissis de fratruum nostrorum consilio procedere intendentes universitates et communia castri de Soncino nec non villarum terrarum districtus predictorum ad obedientiam graciam et mandata nostra ed ejusdem romane ecclesie recipimus gratiose, ac dictas singulares personas castri, villarum, terrarum et locorum districtus predictorum. In eodem syndacatus et procurationis instrumento expressas nominatimque, excommunicatas et condemnatas pro quibus idem syndicus ad petendum absolutionis habilitatis, restitutionis et dispensationis beneficium speciale mandatum habere degnoscitur in personam dicti syndici nec non ceteras singulares personas castri, villarum, locorum et districtus eorundem non nominatim sed generaliter excommunicatas seu condemnatas ab omnibus et singulis excommunicationum et interdictorum in habilitatum privationum aliisque penis et sententiis spiritualibus et temporalibus et perjuriorum reatibus propter dictos excessus, delicta, contumacias inobedientias, rebelliones et crimina expressa in capitulis prelibatis per eundem syndicum et procuratorem predicto nomine recognita et confessata contra singulares personas predictas apostolica legatorum dicte sedis aut ordinaria

vel quamvis auctoritate ab homine vel a jure latis et inflictis preterquam...... criminis vel fautiorie heresis qua et que occasione premissorum vel alicujus eorum quomodolibet incurrerunt prestito prius coram nobis ab eodem procuratore et syndico in animas singularium personarum predictarum et aliarum quarum......... ut premittitur procurator de parendo supra his mandatis ecclesie atque nostris corporali juramento apostolica auctoritate absolvimus ac easdem personas per nos taliter absolutas et earum quamlibet nec non castrum, villas, terras et loca et districtus predicta communia et homines eorundem quorum ipse syndicus et procurator existit, ad honores, bona, et jura eorum in quibus non est aliis jus specialiter acquisitum nec non privilegia libertates immunitates status et famam restituimus in integrum et statum pristinum in quo erunt ante patrationem et commissionem contumatiarum in obedientiarum rebellionum per juriorum criminum et excessum predictorum et quod singulares persone predicte, ut permittitur absolute nec non castrum, ville, terre, loca et districtus predicta ac communia et homines eorundem eisdem honoribus bonis et juribus nisi in eis alii vel aliis fuerit jus acquisitum specialiter ut prefertur ac privilegiis libertatibus et immunitatibus uti gaudere libere valeant sicut poterant ante excessos predictos taliter perpetratos et nihilominus nos crimen infamie ac inhabilitatis maculam sive notam quam prefate persone singulares ut prefertur absolute nec non communia et universitates predicta premissorum occasione quomodolibet contraxerunt de apostolice potestatis plenitudine abolemus ac interdicta quelibet quibus castrum de Soncino ville, terre, loca et districtus eorum communia et universitates eorum prefata propter premissa vel eorum aliquod subjacent auctoritate apostolica relaxamus omnino et totaliter amovemus. Porro ut castro Soncini populo seu singularibus personis castri, villarum, terrarum, locorum et districtus ejusdem et eorum posteris in perpetuum de predictis comissis per eos excessibus et...... de cetero evitandis nec non de tanta gratia et beneficio venie supra premissis de clementia dicte sedis obtente, memoria perpetua relinquatur volumus et auctoritate apostolica ordinamus ipsisque districte precimus per presentes ut ipsi cummune populus et homines nomine penitentie pro premissis faciant unam elemosinam in die festivitatis almi confessoris B. Benedicti abbatis, mille personis pauperibus cuilibet persone videlicet de uno pane bono conveniente albo, ponderis duodecim unciarum pro quolibet et quod pro hujusmodi elemosina facienda specialiter infra duos annos a datis presentium computandos tot emant annuos et perpetuos red-

ditus quod ex eis possit data elemosina perpetuo sine defectu fieri et...... adimpleri quodque in casu quo non reperirentur in castro ipso in die festi predicti tot pauperes qui sufficerent ad dictam elemosinam capiendam, prefatum commune dicti castri, id quod supererit a pauperibus qui in data elemosina interfuerint, dispensari faciunt et largiri inter pauperes verecondos castri ejusdem.

Volumus insuper quod ipsi homines et communitas castri predicti ejusque districtus ac habitatores eorundem premissa omnia et singula per ipsum syndicum ac eorum villarum, terrarum et locorum et districtus predictorum nomine, acta gesta confessata recognita promissa et jurata, infra tres menses a die presentium computandos in eorum pleno solemni et generali consilio prout in arduis solemnibus et majoribus negotiis castri predicti tam eorum quam villarum, terrarum, locorum et districtus eorundem communium et universitatum nomine extitit hactenus fieri consuevit, ratificare, approbare, confirmare ac innovare solemniter et expresse et de confirmatione et approbatione, ratificatione, innovatione hujusmodi per instrumentum publicum manu tabellionis publici confectum ac sigillo communis dicti castri Soncini sigillatum nobis et sedi predicte...... infra duos menses predictos..... immediate sequentes assignandum nos certificare effectualiter teneantur et commune ipsius castri in ratificatione, approbatione, confirmatione et innovatione hujusmodi modum tenere volumus infrascriptum videlicet quod in instrumento ipsarum ratificationis, approbationis, confirmationis et innovationis hujusmodi de verbo ad verbum tenor presentium inseratur et deinde ratificatio, approbatio, confirmatio et innovatio premissorum omnium et singulorum per ipsum syndicum eorum nomine confessatorum recognitorum promissorum et juratorum et juramenta prout per ipsum syndicum facta sunt subsequantur.

Si vero prefati communi dicti castri premissa omnia et singula per eundem syndicum eorum nomine confessata recognita promissa et jurata ut premittitur non ratificaverint, approbaverint confirmaverint et innovaverint ac instrumentum publicum de ratificatione approbatione, confirmatione et innovatione hujusmodi nobis et sedi pred.e non miserint et realiter assignaverint et redditus predictos non emerint pro hujusmodi elemosina facienda ut prefertur infra terminos prelibatos prout superius sunt distincti, volumus et apostolica auctoritate decerminus quo prefati communitas et homines dicti castri et districtus ipsius in easdem penas et sententias quibus subjacebant antea reincidant ipso facto, quodque si post ratificationem, approbationem, confirmationem et innovationem, premisso-

rum ut premittitur faciendam ejusdem castri nec non districtus prefatorum communitates seu singulares persone ipsorum contra promissa et jurata per eundem syndicum et eorum nomine et de non favendo domino Ludovico de Bavaria et sequacibus suis et de non admittendo vel receptando aliquem .... veniret ad partes Italie sub nomine imperatoris vel regis romanorum aut administratoris jurium imperii vel regni romani aut quemvis alium quovis titulo seu nomine pro eorum in castro, villis, terris et locis ac comitatu et districtu predictis seu favendo eisdem ac expellendis hereticis et eorum fautoribus, illis qui de hæresi vel fautiora ipsius .... injuste ut premittitur ...... condemnati ...... exceptis, ac de terris, bonis et juribus ejusdem romane ecclesie ut premittitur non invadendis nec etiam occupandis quoquomodo ...... sententiam et communia taliter faventia seu contravenentia interdicto ecclesiastico ...... penis et sententiis subiaceant que contra fautores ecclesiasticorum et taliter delinquentes si hereticis fuerint vel fautoribus eorum a sacris canonibus inflicte sunt ......

Quod nos et successores nostri propterea contra eos alias possint procedere prout nobis et ipsis successoribus placuerit et videbitur expedire.

Ceteris quia prefatas singulares personas ad bona eorum ut premittitur restituimus dummodo non sit in eis aliis specialiter jus .... volumus ad tolendam quorundam .... scandalorum quod si qui sint qui in bonis ipsis vel eorum aliquibus eis jus specialiter acquisitam asserunt seu assererent in futurum jus hujusmodi eorum venerabilibus fratribus nostris Patriarche Aquilejensi vel episcopo Terdonensi infra duorum annorum spatium a data presentium computandorum ostendere et prosequi teneantur. Quibus vocatis quorum interest per ipsos Patriarcham vel episcopum volumuns supra his simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii aucthoritate apostolica fieri justitie complementum; quodque a data presentium sit eis et quilibet eorum in hac parte perpetuata potestas et jurisdictio attributa et eo vigore eaque firmitate possint in premissis et propredictis procedere ac si sua jurisdictio et cuilibet eorum per citationem vel modum alium perpetrata legitimam extitisset constitutionibus de una vel duabus dictis aut aliis contrariis a predecessoribus nostris romanis Pontificibus editis per quas ipsorum Patriarche vel episcopi Terdonensi jurisdictionis explicatio in hac parte impediri valeat quomodolibet vel differri non obstantibus quibuscumque alioquin dictis duobus annis elapsis, hujusmodi asserentes qui ut prefertur in futurum assererent se in bonis hujusmodi jus habere supra bonis eisdem nulla tenus audiantur.

Tenor vero dicti Instrumenti Syndicatus et Procurationis Talis est.

In nomine domini amen.

Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo indictione nona, die quintadecima mensis octobris Pontificatus Sanctissimi Patris et domini domini Benedicti divina providentia Pape XII anno sexto in presentia mei notarj pubblici et testium infrascriptorum ad infrascripta specialiter vocatorum et rogatorum. In palatio Castri de Soncino, Cremone diocesis, ibidem existentibus nobili viro D. Bartholomeo de Sancto Giminiano potestate ejusdem castri de Soncino pro magnificis d. d. domine Johanne episcopo Novariensi et D. Luchino fratribus de Vicecomitibus de Mediolano ipsius castri de Soncino d. d. generalibus in publico et generali consilio communis et universitatis hominum castri ejusdem sono campanee et voce preconia more solito convocato in eodem palatio sic fieri consuevit in majoribus et arduis negotiis ipsius castri pro infrascriptis specialiter explicandis et exequendis in quo quidem consilio interfuerunt due partes et ultra consiliariorum et hominum ejusdem consilii et universitatis ipsius castri de Soncino quorum nomina inferius describentur cum numerus consiliariorum et credendiariorum consilii dicti castri in consiliariis seu credentiariis dicentis ex quibus constat plenitudo dicti consilii, ad quos consiliarios spectat administratio et gubernatio plena et libera potestas et dispositio castri ejusdem tamquam ad consiliarios et decuriones secundum quod ipsi d. potestas et consiliarii protestabantur solemniter, ipse d. potestas una cum eisdem consiliariis et decurionibus, ipsique una cum eodem d. potestate in omnibus et singulis infrascriptis auctoritate prestante et decretum solemniter interponente et quilibet eorum concorditer suo nomine et nomine et vice communitatis et universitatis et omnium hominum et personarum dicti castri et districtus ejusdem quos tangit vel tangere posset negotium infrascriptum, fecerunt et faciunt suum et cujuslibet eorum et dicti castri, communitatis et universitatis procuratorem et syndicum et quicquid melius esse potest, providum virum Guidolum de Calice natum q. d. Benedicti, civem Mediolanensem ad devote et humiliter comparendum coram S.mo Patre et d. d. Benedicto, divina provvidentia Papa XII et coram Sacro Collegio Rever. Patruum dominorum S. R. Eccl. Cardinalium et quolibet alio ab ipso d. Papa deputato seu deputando et ad offerendum dicto nomine quod ipsum castrum, universitas et communitas erit et permanebit devotum

Investivit Cabrinum de Fondulis de Soncino ibi presentem et stipulantem de una petia terre perticarum quatuor aratorie, jacente in prato Silve, Curtis Bevenenghi, cui coheret a mane Andriolus Pratarius, a meridie via, a sero dictus investitus, a monte Zaninus Meliolus, juris dicte Plebis. — Ad hoc ut de cetero dictus Cabrinus, ejus heredes...... rem investitam usque ad novem annos prox. habeat et teneat....... et ab omni homine defendere..... et hec ideo quia dictus Cabrinus investitus promisit ipsi d. Archipresbitero stipulanti........ et specialiter dicti p. Guidonis in cujus partem prebende...... pervenit et est dicta terra, nomine affictus....... dare quolibet anno dicto d. p. Guidoni seu ipsi d. Archipresbitero recipienti nomine dicti p. Guidonis in festo S. Martini...... soldos duos imperialium..... in fine verso dicti termini ipsam rem investitam melioratam et non pejoratam...... relaxare sub pena dupli etc..... pro qua investitura ipse d. Archipresbiter fuit confessus se recepisse ab ipso investito soldos quinque imperialium, renuntiando etc.

Archivio dell' Arciprete della Pieve.

44.

1348, 31 Luglio e 20 Settembre.

Bazone de Covo daziaro della Gabella del vino ottiene dal Consiglio Generale di poter sommariamente riscuotere i crediti arretrati.

Anno Dom. incarnat. 1348, indict......... die veneris vigesimo Septembris. Ego Joh. de Pavaris not. sac. pal. et scriba et offit. Com. Soncini una cum Zano de la Lama et Bertolino de Claro notariis, et testibus, vidi et legi et ipsi mecum viderunt et legerunt omnes infrascriptas scripturas in libro reformationum Consiliorum dicti Communis Soncini tempore nobili viri domini Buschini de Montacuto tunc potestas Soncini sub millesimo tercentesimo quadragesimo octavo, indictione..... non cancellatus, non mortificatus nec aliquo modo viciatus in propriis signis, sed ita erat ut infra continetur, tenor quorum est et erat.

Die Mercurii ultima Juli.

Congregato Consilio generale Com. Soncini super palatio veteri dicti Communis per sonum campane, voce preconis, more solito, in quo Consilio erant Antiani dicti Communis et de eorum voluntate D. Buschinus de Monteacuto, potestas Soncini proposuit et petiit a consiliariis existentibus in dicto consilio et requisivit ei dari super instantiis propositis . . . .

. . . .

6.° . . . .

Item quid vobis placuerit super petitionem porrectam per dominum Bazonum de Covo lectam in presenti consilio consulere debeatis, cujus tenor talis est:

A vobis D. Buschino de Montacuto potestate Soncini, et presenti Consilio generali dicti Communis petit supplicat et requirit humiliter et devote Bazonus de Covo daciarius de anno presenti Gabelle seu *Toclomei* vini, qui cum ipsum dacium plusquam valuit per ipsum fuit emptum: ex quo non modicum damnificatus est et ipsa de causa ut indemnitati sue consulere possit et etiam se in dicto dacio sustinere necessarium fuit eidem plures et varias credencias facere de vino vendito ad minutum, eidem dignemini de gratia speciali concedere et in presenti consilio statuere et reformare ut dictus dominus possit eique liceat, et quilibet eorum possit

et debeant ratione facte justicie concedere complementum de dictis credenciis, cujuscumque sint quantitatis per quamcumque personam summarie et sine strepitu et figura judicii et omni modo quo videbitur convenire prefatis dominis potestati et vicario, et hec non obstantibus aliquibus statutis provisionibus et reformationibus Com. Soncini etc.......

Adque surrexit d. Gulielmus de Lanzonibus consulendo dic. super facto pet. dicti domini Bazoni quam ipsam petitionem admittat prout jacet et ita executioni mandetur in omnibus et per omnia ut ipsa petitione continetur......

In reformatione dicti Consilii fco. presentato per d. J. Joh. Judicem supradicti domini potestatis bussolis et ballotis super facto petito per d. Bazonum, *placuit* centum decem et septem de dicto consilio decretum et consilium domini Gulielmi qui dicere consuluit ut supra, et quibus *displicuit* fuerunt decem et septem.

✝ Ego Joh. de Pavaris not. sac. pal.

✝ Ego Joh. de la Lama not.

✝ Ego Bertol. de Claro not.

Pergamene del Monastero di S. Caterina. - Monumenta Soncini, vol. 3.°

45.

1353, 15 Marzo

Deliberazioni di Giovanni Visconti arcivescovo e signore di Milano, in ordine alle querele dei Cremonesi contro quelli di Soncino che si rifiutavano di pagar dazio entrando sul territorio di Cremona, ed esigevano un pedaggio sui viveri e bestiame che dalla Pieve di Calcio transitavano per recarsi nel contado cremonese.

Nos Johannes Dei Gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus ac Civitatum Mediolani, Cremone, etc., Dominus generalis. Infrascriptis Capitulis nobis exibitis pro parte Comunis nostri Cremone responsione fecimus super ipsis descriptas. Quare mandamus universis et singulis...... potestatibus...... rectoribus et officialibus ac aliis subditis nostris quibuscunque quatenus ipsas nostras responsiones prout jacent quantum ad eos pertinet observent et faciant inviolabiliter observari. Quorum quidem capitulorum et responsionum tenor talis est.

Infrascripta sunt capitula eorum que agere et exponere debet dominus Ottolinus de Scanolis in Mediolano pro Comuni Cremone.

Primo. Super facto questionis mote per Comune Soncini contra datiarios transversie civitatis Cremone et super hoc supplicare ut dignetur dominus noster quod ipsi de Soncino sic solvant de bestiis que veniunt in Episcopatum Cremonensem sicut solvunt alii forenses posquam illi de Soncino recusant parere Comuni Cremone et quod non imponeant legem Cremonensibus in eorum datiis.

Responsio. Servetur in predictis consuetudo in talibus observata sex annis proxime preteritis.

Item quod de quibuscumque victualibus et bestiis que conducentur de plebatu Calzey per territorium Soncini ad civitatem Cremonae nihil accipere possint illi de Soncino cum de victualibus suarum terrarum sitarum in districtu Cremonensi prelibato nihil solvant Soncinenses quando ipsa vicinalia conducunt ad terram Soncini. Et circa hoc operari ut jurisdictio comunis Cremonensis per Magnificum dominum nostrum deffensata persistat.

Responsio. Servetur in predictis consuetudo in talibus observata sex annis proxime praeteritis.

Item quod prefatus dominus dignetur non concedere alicui persone posse conducere extra districtum vel in civitate et districta Cremonensi vinum vel aliquas res sine solutione datii alicujus vel gabelle. Sed dignetur edicere quod quelibet persona conducens vinum et res, quaslibet solvat pedagia datia et gabellas consueta cum datia sint incantata et quia opportebit Comune Cremone solvere dampnum quod haberent datiarii predicti occasione litterarum prefati Magnifici domini liberaliter concessarum quibuscunque personis.

Responsio. Volumus quod gratie nostre serventur integraliter. Salvo quod si reperiatur obtinens gratiam talem a nobis eam vendere vel vendidisse quod gratia nulla sit.

In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari.

Dat. Mediolani millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, die quinto decimo Martii, sexta indictione.

Locus Sigilli.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

46.

1354, 27 Gennajo.

Investitura d' affitto di una pezza di terra in Contrada delle Mose, fatta dal prete Michele Viola, rettore della Chiesa di S. Giacomo, nella persona di Antoniolo de Mandello.

✝ Anno dom. Incar. mill. tercentesimo quinquagesimo quarto. - Indictione octava die vigesima septima mensis Januarii. - In Soncino, presentibus Boninsegno de Pavaris, Bonoro fratre et Nicolino Fornario, omnibus ibi testibus rogatis.

Ibique d. P. Michael de Violis de Soncino presb. et rector ecclesie S. Jacobi de Soncino, nomine suo et dicte ecclesie pro sua prebenda ...... quam habet in dicta ecclesia.

Investivit Antoniolum de Mandello habitatorem Soncini presentem ...... hic ad novem annos proximos ......

Nominative de una pecia terre aratorie et dosate juris dicte ecclesie ad ipsum presbiterum solummodo spectante ...... dicto presbitero jacente in territorio Soncini in Mosia, quo de ea ..... pertich. quatuor cui coheret a mane Albricus de Cavallis, a meridie .... Mainerius de Blancis, a sero via. A monte Guarnerius de Blancis cum uno quarterio aque Murmure que est eis in communi pro indiviso a summo mane usque nonas, prout dividitur cum consortibus cum omnibus suis juribus et si que eidem pecie terre alie sint coherentie in ac investicione permaneant. Ita quod de cetero dictus investitus et ejus heredes et cui dederit habeat et teneat dictam terram dicto modo investitam et dictam aquam et de ea facere possit quodquod facere voluerit sine alicujus contradictione usque ad dictum terminum, cum acces. et ingres. et superior, et inferior, suis ..... dando et reddendo dicto presbitero vel omni clerico misso nomine dicte ecclesie proficto ipsius terre et aque de hoc presenti anno quinque libr. et quinque solid. imper. Solvendo ei dictos denar. de presenti, et postea omni anno tres libras et quatuordecim solidos imper., donec dicta investitura durabit, solvendo ipso semper ad festum S. Martini ante terminem ..... et anni ..... et sic pro inde dictus investitus ...... stipulanti pena dupli. ..... et obligavit omnia sua bona pignore .... et ipsum presb. .... pro se et suos successores ...... dictam investituram usque ad dictum terminum attendere ...... defendere ...... et pro investitura predicta

fuit confessus dictus presbiter se recepisse a dicto investito stipulante decem solidos imper......... cum pacto etiam quod in fine dicti termini dictus investitus debeat ipsam terram cum dicta aqua .... melioratam......

Item quod non debeat devastare nec vendere aliquos arbores utiles existentes in infrascripta terra sine permissione dicti presbiteri.

Item quod in ultimo anno quod ipse investitus non teneat...... sibi aliquod...... reddere de ipso ficto.

† Ego Zaninus Viola not. sac. palac. hiis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Archivio di S. Fedele. — Pergamene del convento di S. Giacomo.

47.

Sentenza di dichiarazione di confini tra il Comune di Soncino ed i Comuni di Brescia ed Orzinovi.

1354, 1 Settembre.

Sententia inter Comune Soncini parte una et comunia Brixie et Urcearum parte altera lata super differentia confinium et jurisdictione locorum predictorum sub 1354, indictione septima die primo Septembris.

In Christi nomine nos Nicolaus de Aretio reverendissimi patris et magnifici domini Johannis Vicecomitis sancte Mediolanensis ecclesiae archiepiscopi ac civitatum Mediolani Pergami Brixie et Cremone ac castrorum Soncini Urcearum domini generalis vicarius, nec non cognitor et judex infrascripte cause questionis seu litis et controversiae, ex vigore comissionis per prefatum reverendum Patrem, et magnificum dominum nobis facte, cuius comissionis tenor sequitur in ac forma. Nos Joannes Dei gratia archiepiscopus Mediolanensis, civitatumque Mediolani, Brixiae, etc., dominus generalis considerantes litigia et pericula hactenus orta et damna passa inter comunia et per comunia civitatis Brixiae et districtus maxime terre Urcearum ipsius districtus Brixiensis ac terre nostre Soncini occasione territorii siti ultra Olium et versus partes territorii Brixiensis acque exinde oriri et pati possent et in posterum ipsisque littigiis et dampnis obstare et parcere cupientes auctoritate qua fungimur et de nostre plenitudine potestatis per presentes comissimus et comittimus sapienti viro domino Nicolao de Arezio jurisperito vicario nostro omnem questionem vertentem et que vertitur ac

dici et esse potest occasione territorii suprascripti inter homines et comunia predicte nostre civitatis et districtus Brixiae maxime terre Urcearum dicti districtus brixiensis ex una parte, et homines et comune terre nostre Soncini, finiendam cognoscendam fine debito terminandam sine strepitu et figura juditii cavilationibus quibuscunque cessantibus sola veritate inspecta prout sibi videbitur honori nostro convenire, et quod terminos et fines imponat inter utrumque territorium taliter quod ulterius non sit inter dictas partes ipsa causa aliqualis materia questionis non obstantibus quibuscumque juribus vel statutis provisionibus consuetudinibus vel aliis comunium partium predictarum. Quibus omnibus ex certa scentia derogamus et omnino derogatum habere volumus etiam si de ipsis vel alio aut alia ipsorum et ipsarum generale vel speciale aut aliam in his scriptis oporteret fieri mentionem. Quamquidem cognitionem et determinationem dictus dominus vicarius tamen facere et pronuntiare possit in Mediolano, Brixia, Soncino, Urceis et ubicunque sibi placuerit et melius videbitur alio non obstante. Mandantes quibuscunque partium predictarum quatenus contra presentem nostram comissionem et quecunque. Idem dominus vicarius noster ipsius comissionis vigore gesserit terminaverit preceperit et pronuntiaverit dicere facere venire vel atemptare non presumant sub pena indignationis nostre et ultra nostro arbitrio a contrafacientibus auferrenda. In quorum testimonium presentis fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari. *Datum Mediolani MCCCLIII, die XXV septembris, septima indictione* etc., prout in dicta comis sione sic vel aliter aut plenius dignoscitur contineri visis suprascripta comissione et infrascriptis petitionibus terminis responsionibus replicationibus et aliis diversis scripturis registris coram porrectis et factis per sindicos et procuratores dictorum comunium et hominum Brixie Urcearum et castri Soncini predicti, quarum petitionum et aliarum diversarum scripturarum tenore in hac forma sequuntur:

Die XXV Septembris. Nos Nicolaus de Arezio Jurisperitus Vicarius domini Mediolani etc. et cui infrascripta questio per prefatum dominum comissa est notificamus vobis per presentes dominis potestati Abati et Anzianis comunis Brixie, ac etiam sapientibus viris Potestati seu Vicario et Sapientibus Comunis Urcearum episcopatus brexie, ac etiam potestati sapientibus seu Anzianis comunis Soncini. *Quod die sabati XXVIII septembris presentis erimus in terra Soncini* pro videndo cognoscendo et partes audiendo in questione

vertente inter comune Brixie et Urcearum seu alterum ipsorum ex una parte et comune Soncini ex altera occasione territorii sive confinium de quibus alias actum et disputatum fuit coram sapienti viro domino Nicolao de Mordecastellis etc., prout plus et minus in dicta comissione plenius continetur. Idcirco vobis et cuilibet vestrum terminum statuimus quod dicta die sabati........ duobus diebus sequentibus esse debeatis coram nobis in dicta terra Soncini ad ostendendum et producendum quicquid ostendere et producere voluerint de jure vestro quoniam parati sumus unicuique facere justiciae complementum alioquin in questione predicta, procederemus prout de jure crediderimus fore procedendum. Latori presentium jurato de presentatione eorum dabimus plenam fidem cui solvatis de competenti salario de labore suo vocatur nuntios Galignanus de Urceis, Ego Robatus de Florentia notarius spectabilis domini Nicolai subscripsi.

Die primo Octobris. Suprascriptus dominus Nicolaus statuit terminum Johanni Bonazonte de Brixia Sindico et sindicario nomine comunis et hominum civitatis brixie et comunis et hominum terre Urcearum districtus brixiensis de cuius sindicatu constat per instrumentum publicum traditum per...... ex una parte et Rafajno de Zanebellis de Soncino Sindico et sindacario nomine comunis et hominum terre de Soncino ex altera parte de cuius sindicatu constat per instrumentum traditum per Johannem de Pavaris notarium anno currenti MCCCLIII, indictione septima die quarto junii ut dicit habendi et producendi coram dicto domino Nicolao et allegandi dicendi et ostendendi quicquid habere producere allegare dicere et ostendere volunt occasione questionis que interdictss partes vertitur occasione territorii siti ultra Olium de quo fit mentio hinc ad octo dies proxime futuros et hoc pro prima dillatione. Et in qua quidem causa et questione *producta fuit infrascripta appellatio* cuius tenor sequitur in hac forma.

In nomine domini anno a nativitate eiusdem MCCCLI, indictione quarta die sabati vigesimo mensis augusti coram infrascripto domino Nicolao de Mordecastello Collaterali personaliter invento ad banchum dominorum Collateralium domini Mediolani situm penes Ecclesiam Sancte Marie maioris Mediolani prope Curiam domini Mediolani comparuit infrascriptus Johannes Bonazonta infrascriptis nominibus et interposuit coram eo infrascriptam appellationem petiit apostolos appellavit protestatus fuit et fuit in omnibus et per omnia prout inferius continetur *cuius appellationis tenor talis est.* In no-

mine domini, Coram vobis domino Nicolao de Mortecastello...... Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis Dei gratia Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopi ac Mediolani domini generalis asserit et proponit Johannes Bonazonta filius quondam Benvenuti de Brixia sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine comunis Brixie et Comunis et hominum Urcearum episcopatus brixiensis quod ipse sindicus dictis nominibus nuper intellexit quod vos dicti Collaterales de consilio domini Ottonis Laveti de Vercellis juris periti in questione que vertebatur inter ipsum Sindicum dictis nominibus ex una parte et Petronum de Zanebellis de Soncino asserentem se sindicum et procuratorem et sindicario et procuratorio nomine comunis et hominum terre de Soncino ex altera parte, quandam sententiam ad modum sententie si sic dici meretur protulistis et pronuntiastis in hunc modum Christi nomine invocato non declinans a dextera nec sinistra, Deum solum habens pre oculis in hiis scriptis dicit et consulit dictus dominus Otto in omnibus et per omnia prout inferius continetur. In primis consulit esse per dictum dominum Nicolaum pronuntiandum et per sententiam declarandum suprascriptum territorium contentum infra dictas choerencias in instrumento divisionis producto per dictos de Soncino contentas pertinere comuni et hominibus Soncini eo excepto salvo et reservato quod terrae et possessiones pertinentes personis et hominibus de Urceis contente infra dictas choerencias libere sint et exemptae remaneant predictis de Urceis, quo ad fodra taleas et onera.

Item quia super pasculatico quamplurimi testes deposuerunt eorum dicta pro utraque parte, consulit quod sit salvum omne jus comunibus et hominibus dictorum locorum sive castrorum pasculari facere eorum bestias infra dictas confines, dummodo pasculari non faciant in terris vel possessionibus singulorum de locis sive castris predictis, ita videlicet quod illi de Soncino pasculari non possint facere in terris et possessionibus singularum personarum illorum de Urceis, et versa vice illi de Urceis pasculari facere non possint eorum bestias in possessionibus hominum et singularum personarum de Soncino. Et salvo et reservato illis de Urceis jure exigendi pasculationis in predictis confinibus exceptis prout consueverunt ab hominibus de Soncino, et quia sepius comunio inducere discordias consuevit, consulit ipsum dominum Nicolaum possidere debere ex suo officio mero sibi comisso sive ad petitionem ambarum partium predictarum seu ad petitionem alterius ipsarum partium sive ascripto dividere ac divisiones facere in predictis et terminos

ponere prout sibi videbitur expedire honore semper Reverendissimi domini Mediolani salvo et reservato tamen jure quod habere videntur et possent dicte partes in potere Flurani ita quod in eo nullum fiat preiudicium per hoc presens consilium alicui dictarum partium. Quamquidem scripturam ad modum sententie si sic dici meretur in illis partibus et punctis tantum que fuerunt et sunt in ipsius Johannis sindicario nomine comunium predictorum Brixie et Urcearum et in ipsorum comunium preiuditium dicit fuisse et esse nullam et nullius valoris et momenti et male et perperam prolatam, et si qua reperietur quod non credit eam fuisse et esse iniquam iniustam et inique et injustae et contra deum et injustitiam fuisse et esse pronuntiatam causis allegationibus et rationibus suis loco et tempore dicendis respondendis et allegandis silicet in illis partibus et punctis que essent contra dicta comunia vel aliquod eorum ut supra tantum, et vera predictis Johannes sindicario nomine quo supra sentiens se dicto nomine et ipsa comunia et eorum jura fuisse et esse lesum et gravatum in lesa et gravata esse, et plus in futurum posse ledi et gravari ex ipsa scriptura ad modum sententie si sic dici meretur in illis partibus et punctis de quibus supra fit mentio tantum ex dicta pronuntiatione per vos dominum Collateralem factam et ex omnibus et singulis ex ipsis subsecutis a vobis domino Collaterali et a predicta scriptura in illis et ab illis partibus et punctis supradictis tantum et ab omnibus et singulis ex eis subsecutis in hiis scriptis provocat et appellat ad Serenissimum Principem dominum Romanorum regem et ad eius Judicem super appellationibus deputatum, et ad Magnificum dominum dominum Johannem dominum Mediolani Brixie et Cremone Vicarium generalem et ad ejus vicarios et judices super appellationibus deputatos et ad quemlibet alium ad quem presens appellatio melius fieri et devolui potest et apostolos petit et iterum petit et semel secundo et tertio petit et cum instantia instanter et instantissimo petiit subiciens se dicto nomine et ipsa comunia et eorum jura protectioni et defentioni prefatorum dominorum et ad quemlibet alium ad quem presens appellatio melius fieri et devolui potest et hunc libellum appellationis vobis domino Collaterali in hiis scriptis dedit et dimissit et dat et dimictit et juravit ad Sancta Dei Evangelia manu corporaliter tactis scripturis in animabus et super animabus eorum, nec calupnia, nec dolo sed credens fovere justam causam appellasse quod juramentum prestitit dictus Johannes nominibus quibus supra in tantum quantum de jure tenetur, quo ad hoc ut prosequi valeat dictam suam appellationem et non aliter nec alio modo, salvo semper omni suo

jure. Quamquidem appellationem dictus dominus Nicolaus admissit et admittit in quantum debet et tenetur de jure et non aliter nec alio modo, etiam hoc ob reverentiam prefati Reverendissimi patris et domini domini Mediolani, Actum ut supra. Interfuerunt ibi testes Nicolaus Mafioli de Lonate porte Vercelline, parocchie Sancti Victoris ad teatrum, Antoniolus Mazonus filius quondam Oberti porte Romane parocchie Sancti Steffani in brolio, et Mafiolus de la strata filius domini Leonardi de la strata parocchie Sancti Petri ad cornaredum porte Romane notus, omnes jdonej vocati et rogati. Ego Girardolus de Garbagnate filius quondam domini Galvani notarius porte Cumane foris Mediolani parocchie sancti..... tradidi et scripsi et predictis presens fui et subscripsi. Et in quaquidem questione producta fuit *infrascripta suspensio* et littera suspensionis cuius tenor sequitur in hac forma.

Nos Johannes Dei gratia Archiepiscopus et dominus generalis Mediolani etc. ex certa scentia edicimus volumus et mandamus tenore presentium quod tempus nullitatis et appellationis prosequende non currat nec cucurrerit nec cucurrisse intelligatur super lite causa seu controversia appellationis interposite per sindicum comunis Brixie et comunis Urcearum a quadam sententia lata de mense augusti proxime preterito ut dicitur per dominum Nicolaum de mordecastello collateralem nostrum super dicta causa ut dicitur de consilio domini Ottonis Lavitj de Vercellis, inter ipsum sindicum nominibus quibus supra ex parte una et sindicum comunis et hominum de Soncino ex altera parte donec dicta causa appellationis ad nos interposit per dictum sindicum comunis Brixie et Urcearum sit et fuerit per nos comissa, et hoc maxime cum audientie et cognitioni dicte cause seulitis propter multa impedimenta interesse non potuerimus nec possimus. Registrata sigillata et concessa presente in testimonium premissorum et data Mediolani MCCCLI, indictione quinta die vigesimo octavo.

Et in qua quidem causa et questione producte fuerunt *infrascripte peticiones*.

Die secundo octubris coram predicto domino Nicolao pro tribunali sedenti super pallatio comunis Soncini comparuit Johannes bonazonta de brixia sindicus et sindicario nomine suprascriptorum communium brixie et Urcearum ut dicit et in presentia Raffajni de Zanebellis de Soncino asserentis se sindicum comunis et hominum de Soncino et *produxit petitionem* infrascripti tenoris, videlicet.

In Christi nomine, coram vobis sapienti et discreto viro domino Nicolao de Arexio Vicario domino Mediolani etc. ac dellegato et

comissario prefati domini Mediolani, in causa et questione infrascripta asserit et proponit Johannes bonazonta de brixia sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine comunis civitatis brixie ac comunis et hominum Urcearum episcopatus Brixie. Quod ipse sindicus dicto nomine intellexit quod dominus Nicolaus de Mordecastello Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis Dei gratia sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopi ac Mediolani etc. domini generalis Collateralis de consilio domini Ottonis Lavezij de vercellis jurisperiti in questione que vertebatur inter ipsum Sindicum dictis nominibus ex una parte et petercinum de Zanebellis de Soncino asserentem se sindicum et procuratorem et sindicario et procuratorio nomine comunis et hominum terre de Soncino ex altera parte, quandam scripturam ad modum sententie si sic dici meretur protulit pronuntiavit in hunc modum. Christi nomine invocato non declinans a dextera nec sinistra, deum solum habens pre oculis in hiis scriptis dicit et consulit ipse dominus Otto in omnibus et per omnia prout inferius continetur in primis consulit esse per dictum dominum Nicolaum pronuntiandum et per sententiam declarandum suprascriptum territorium contentum infra dictas choerentias in instrumento divisionis producto per dictos de Soncino contentas pertinere comuni et hominibus Soncini, et excepto salvo et reservato quod terre et possessiones pertinentes personis et hominibus de Urceis contente infra dictas choerencias libere sint et exempte remaneant predictis de Urceis, quo ad fodra talleas et onera. Item quia super pasculatico quamplures testes recepti sunt qui deposuerunt pro utraque parte consulit quod sit salvum jus comunibus et hominibus dictorum locorum sive castrorum pasculari facere eorum bestias infra dictos confines, dummodo pasculari non faciant in terris vel possessionibus singulorum de locis sive castris predictis. Ita videlicet quod illi de Soncino pasculari facere non possint eorum bestias in possessionibus hominum et singularum personarum illorum de Urcejs et versa vice illi de Urcejs pasculari facere non possint eorum bestias in possessionibus et terris hominum et singularum personarum de Soncino. Et salvo et reservato jure ipsis de Urcejs exigendi pasculaticum in ipsis confinibus prout soliti consueverunt excepto ab hominibus de Soncino. Et quia sepius comunio inducere consuevit discordias consulit ipsum dominum Nicolaum posse ac debere ex suo mero officio sibi comisso, sive ad petitionem ambarum partium predictarum seu ad petitionem alterius ipsarum partium, sive a se ipso, dividere et divisionis facere in predictis et terminos ponere prout sibi vide-

bitur expedire honori semper Reverendissimi domini Mediolani Salvo ita quod in eo nullum fiat preiuditium per hoc presens consilium quamquidem scripturam ad modum sententie si sic dici meretur in illis partibus et punctis tantum que fuerunt et sunt in ipsius Johannis sindicario et procuratorio nomine predictorum comunium Brixie et Urcearum et in ipsorum comunium preiuditium, dixit fuisse et esse nullum et nullius valoris et momenti et male et perperam prolatam, et si qua reperiatur quod non credit dicit eam fuisse et esse iniquam et iniustam et inique et iniuste et contra deum et justiciam fuisse et esse pronuntiatam causis et rationibus suis loco et tempore dicendis ostendis et allegandis silicet in illis partibus et pro illis partibus et punctis que essent contra dicte comunia vel aliquod ipsorum ut supra tantum, et quod ipse Johannes dictis nominibus ab ipsa scriptura ad modum sententie si sic dici meretur in illis partibus et ab illis partibus et punctis que essent contra dicta comunia vel aliquod ex eis ut supra tantum legitime et bene appellavit. Quare predictus Johannes sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine predictorum comunium brixie et Urcearum petit et requirit a vobis prefato domino Nicolao Vicario judice et comissario ut supra quatenus pronuntietis et per vestram sententiam declaretis ipsam scripturam ad modum sententie si sic dici meretur in illis partibus et punctis que fuerunt et sunt contra ipsa comunia vel aliquod eorum tantum fuisse et esse nullam et nullius valoris et momenti et male et perperam prolatam et si qua reperiatur quod non credit eam pronuntietis et per vestram sententiam declaretis in dictis partibus et punctis suprascriptis tantum fuisse et esse iniquam et iniustam et inique et iniuste et contra deum et justitiam fuisse et esse pronuntiatum et per ipsum dominum Nicolaum de mortecastellis male fuisse et esse processum et judicatum in illis partibus et punctis que sunt contra ipsa comunia tantum ut supra et per ipsum Johannem dictis nominibus fuisse et esse bene et legittime appellatum et hoc non obstantibus contradictionibus dicti Petercini sindici et sindicario nomine comunis et hominum de Soncino seu Raffaini de Zanebellis de Soncino sindici et sindicario nomine dicti comunis de Soncino et cuiuslibet alterius se opponentis contradictioni predictorum. Et si contradictor apparuerit petit expensas jam factas quas extimat soldos quadraginta terciolorum et protestatur de futuris salvo jure meliorandi etc. et hoc in presentis suprascripti Raffaini sindici et procuratoris et sindicario et procuratorio nomine dicti comunis et hominum Soncini.

Quam *petitionem* dictus Johannes sindicario nomine quo supra

dedit in exemplum dicto Raffajno sindico ut supra cui Raffaino ibidem in continenti, presenti audienti et intelligenti sindicario nomine quo supra. Idem dominus Nicolaus statuit terminum deliberandi et super dicta petitione respondendi eidem hodie ante vesperas ipso Raffajno consentiente dicto termino et maiorem terminum non petente, et etiam dictus dominus Nicolaus statuit terminum ibidem incontinenti dicto Johanni sindico et sindicario nomine quo supra presenti, audienti, et dicto termino consentienti hodie ad vesperas comparendi et essendi coram dicto domino Nicolao ad audiendum fieri predictam responsionem per dictum Raffajnum super predicta petitione.

Et eodem die in vesperis coram suprascripto domino Nicolao pro tribunali sedente ut supra comparuit Raffajnus de Zanebellis de Soncino sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine comunis et hominum de Soncino et produxit *infrascriptam scripturam* sive *responsionem* quam ipse facit et fecit super petitione de qua fit mentio supra producta per suprascriptum Johannem sindicum et sindicario nomine quo supra. Cujus scripture sive responsionis tenor sequitur ut infra:

Die secundo octobris in horis vesperarum Coram suprascripto domino Nicolao de Arezio Vicario et Comissario suprascripto pro tribunali sedenti sub porticu populi Soncini quem locum ad hoc sibi idoneum ellegit comparuit suprascriptus Raffajnus de Zanebellis sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine comunis et hominum Soncino in suprascripto termino sibi assignato et primo et ante omnia sibi excipiendo et opponendo contra suprascriptam petitionem hodie datam et porrectam coram eo per suprascriptum Johannem bonazontam se asserentem sindicum comunis et hominum civitatis Brixie et castri Urcearum, dicit ipsam petitionem esse dubiam et obscuram et inepte formatam et carere solempnitatibus opportunis et non valere de jure pluribus rationibus et causis suis loco et tempore dicendis respondendis et allegandis, quibus cum predictis omnibus sibi reservatis dictis modis et nominibus salvis et per cum protestatis et reservatis eidem contradicendo et respondendo, non animo nec intentione litem ordinatam contestandi et sed expeditionem contentionis et controversie de quibus supra fit mentio juxta tenorem litterarum suprascriptarum reverendissimi patris et Magnifici domini nostri Mediolani etc., dixit narata pro ut narrantur in petitione predicta vera non esse et petita prout petuntur fieri non debere nec forte si qua sint que sibi Raffajno dictis modis et nominibus prodesse possint, et petit expensas, et hoc presente et audiente

dicto Johanne bonazonta sindicario nomine quo supra. Cui Johanni Sindico et procuratori et sindicario et procuratorio nomine quo supra, suprascriptus dominus Nicolaus Sindicus ut supra ibidem in continenti statuit terminum accipiendi copiam de predicta responsione et deliberandi et respondendi super ipsam quicquid respondere vult die crastina in terciis. Qui Johannes sindicus dictum terminum sponte recepit, et reservans sibi dicto nomine omne suum jus. Qui Raffajnus suprascriptus produxit instrumentum sui sindicati traditum et scriptum per Johannem de panerijs notarium, anno domini MCCCLIII indictione sexta die quarto junij, de quo instrumento dedit copiam dicto Johanni bonazonte sindico ut supra. Die tercio octubris coram suprascripto domino Nicolao pro tribunali sedente ut supra comparuit suprascriptus Johannes bonazonta sindicus et procurator ut supra et produxit scripturam infrascripti tenoris videlicet; die tercia octubris in tertijs millesimo suprascripto suprascriptus Johannes bonazonta sindicus et procurator nominibus antedictis comparuit coram suprascripto domino Nicolao Judice dellegato et commissario ut supra, et sedente ut supra, sub dicto porticu occasione suprascripti termini sibi assignati et occasione suprascriptarum exceptionum oppositarum per dictum Raffajnum dicto nomine, dicens dictus Johannes dictis nominibus debere procedi super sua suprascripta peticione tanquam certa apta et legittime formata et debere fieri que in dicta sua peticione continentur, et hoc non obstantibus contradictionem dicti Raffajni dicto nomine. Et salvo sibi Johanni dictis nominibus omni suo jure, et protestatur de expensis quas petit a predicto Raffajno dicto nomine, cui Johanni sindicario et procuratorio nomine quo supra suprascriptus dominus Nicolaus sindicus ut supra statuit terminum octo dierum proxime futurorum ad producendum, probandum et respondendum de jure suo et hoc in presentia dicti Raffajni sindici et procuratoris ut supra. Cui Raffajno Sindicario et procuratorio nomine quo supra presenti et audienti suprascriptus dominus Nicolaus precepit ut singulis diebus et horis competentibus esse debeat coram dicto domino Nicolao in Soncino Urcejs Brixia et Mediolano ad videndum jurare testes producendos in dicta causa per suprascriptum Johannem et quod cras in tertijs debeat esse Urcejs ad recipiendum capitula producenda per dictum in dicta questione. Qui Johannes sindicario et procuratorio nomine quo supra renuntiavit et renuntiat termino sive dilationi eidem late et assignate et dato et assignato perdictum dominum Nicolaum die prima presentis mensis octobris et predicta fecit ut sibi staturetur suprascripta dillatio.

Die quarto octobris coram suprascripto domino Nicolao sedente pro tribunali in domo comunis Urcearum comparuit suprascriptus Johannes bonazonta sindicus et sindicario nomine quo supra et produxit capitula sua in dicta causa in actis dicte cause registrata, que capitula producta fuerunt per suprascriptum Johannem sindicum et procuratorem et sindicario et procuratorio nomine quo supra, presente Raffajno de Zanebellis de Soncino sindico et procuratore et sindicario et procuratorio nomine terre de Soncino. Qui Johannes dedit copiam de dictis capitulis dicto Raffajno. Cui Raffajno suprascriptus Nicolaus sedens ut supra statuit terminum hodie in vesperis ad deliberandum super dictis capitulis. — Eodem die in vesperis coram suprascripto domino Nicolao sedente ut supra comparuit Raffajnus suprascriptus sindicus et procurator ut supra, et produxit quamdam epistolam sive responsionem in presentia suprascripti Johannis bonazonte sindici et procuratoris ut supra dicentis et protestantis dicta capitula admiti debere non obstante contradictione dicti Raffajni sindici ut supra. Cuius quidem scripture seu responsionis tenor sequitur in hac forma. In nomine domini, die veneris quarto octobris in horis vesperarum. Coram suprascripto domino Nicolao de Arezio pro tribunali sedenti in suprascripta domo comunis Urcearum quem locum ad hec sibi jdoneum elligit suprascriptus Raffajnus de Zanebellis sindicus procurator et sindicario et procuratorio nomine dicti comunis et hominum Soncini. In suprascripto termino sibi hodie assignato, et opponendo et contradicendo contra suprascripta capitula seu intentiones vel articula hodie producta coram dicto domino Nicolao in dicto loco per suprascriptum Johannem bonazontam dictis modis et nominibus, dixit et opponit ipsa capitula esse nimis generalia et obscura et impertinentia et non relevantia partem producentem pluribus rationibus et causis suo loco et tempore dicendis et ostendendis et allegandis, et predictis omnibus et quibuscunque aliis exceptionibus sibi Raffajno dicto nomine salvis et protestatis dicit quod si et in quantum dictus dominus Nicolaus procedere intendit ad aliquam receptionem testium super capitulis predictis et dicit se velle facere interrogationes suas super eis fiendas dictis testibus et nisi si et in qnantum dictus dominus Nicolaus volet ipsum recipere et interrogare ipsos testes ad clariorem et certiorem veritatem de predictis habendam et ne aliqua falsitas in eorum depositione comitii possit et petit expensas. Qui suprascriptiis dominus Nicolaus ibidem in continenti sedens ut supra in presentia suprascriptarum ambarum partium pronuntiavit dicta capitula admittenda esse salvo jure inpertinentie et disputationis in fine.

Die sexto octobris coram suprascripto domino Nicolao comparuit Johannes bonazonta suprascriptus sindicario et procura torio nomine comunium et hominum civitatis Brixie et terre Urcearum ut supra et produxit scripturam sive adicionem infrascripti tenoris videlicet. In Christi nomine. Infrascriptam aditionem capitulorum facit et producit Johannes Bonazonta sindicus et sindicario et procuratorio nomine comunis Brixie et comunis Urcearum capitulis alias productis. Per eum Coram vobis sapienti et discreto viro domino Nicolao de Arezio Judici et Vicario domini Mediolani etc., dellegato et commissario in causa et questione vertente coram vobis inter dictum Johannem dictis nominibus ex una parte, et Raffajnum de Zanebellis sindicum et sindicario nomine comunis et hominum de Soncino ex altera, super quibus producit et producere intendit testes suos ipse Johannes dicto nomine contra dictum Raffajnum dicto nomine ad fidem faciendam nobis de infrascriptis et super infrascriptis videlicet. In primis super eo quod comune et homines de Urcejs jam fuit viginti, XXX, XL, L et LX anni et ultra tantum tempus, cuius memoria non existit in contrarium et abinde citra tenuerunt et possederunt et hodie tenent et possident totum et universum territorium positum infra hos confines videlicet, a monte territorium de Rochafrancha, a meridie territorium de Barcho, a sero flumen Olij salvis alijs choerentiis usque ad flumen et ripas Olij territorium spectans et pertinens dicto comuni de Urcejs territorij comunis districtus Brixie. Non astringens se dictus Johannes dicto nomine ad probandum omnia et singula suprascripta sed solum et que sibi suffitiant ad victoriam juris sui dicto nomine et hoc presente dicto Raffajno sindicario nomine quo supra. Cui Raffajno dictus Johannes nomine quo supra dedit copiam dicte scripture seu petitionis. In Christi nomine amen. Coram vobis provido et sapienti viro domino Nicolao de Arezio Juris utriusque perito vicario in hoc parte Comissario Reverendissimi patris et Magnifici domini domini Johannis Vicecomitis Dei gratia Archiepiscopi Mediolani ac civitatum Mediolani, Brixie, Pergami et Cremone ac castrorum Soncini et Urcearum Domini generalis, asserit et proponit Raffajnus de Zanebellis sindicus et procurator comunis et hominum Soncini et sindicario et procuratorio nomine eorumdem, non in modum libelli vel ordinarie petitionis sed in modum qualis declarationis et summarie cognitionis contra et adversus comunia et homines civitatis Brixie et castri Urcearum et Johannem Bonazontam se asserentem eorum sindicum et procuratorem et contra quemlibet eorum et contra quos et quem eorum melius potest et debet de jure, dicens quod

comune et homines Soncini predicti hinc retro longevis temporibuo habuerunt tenuerunt et possiderunt et quasi et habent tenent et possident quasi, et ad eos spectavit pertinuit et spectat et pertinet terrenum et territorium et curia ultra Olium versus et juxta castrum Urcearum districtus Brixie eundo a castro Soncini versus mane et versus dictum castrum Urcearum infra hos confines videlicet. Incipiendo a capite superiori fluminis Olij de versus montes ad contratam Cagnitezij super ripa fluminis Olij a capite plantate roncheti quondam Ottavij Tavelle et in campo heredum et successorum fratris quondam Egidij de la pilla, qui campus est super ripa Olij ultra Olium, et eundo inferius sicut est lectus vectus Olij usque ad buchetam aquesone que est ad stratam mastram que dirigitur a castro Soncini ad dictum castrum et a dicta bocheta aquesone inferius eundo per lectum ipsius aque sone usque ad Arzenum de barcho qui est a mane parte aquesone predicte usque in flumen Olij et que aquasona ibi finitur et intiat flumen Olij predicti. Et ita antiquitus divisum fuit dictum territorium et terrenum concorditer inter dicta comunia castri Soncini et castri Urcearum per confina et terminos predictos. Sic quod comune et homines Soncini haberent ipsum terrenum infra dictos confines a sero parte dicti lecti veteris Olij et aque sone de versus Soncinum ut apparet per publicum instrumentum. Item dicens quod comune et homines Soncini predicti hinc retro longevis temporibus etiam habuerunt, tenuerunt et possiderunt et quasi et habent tenent et possident et quasi et ad eos spectavit et pertinuit et spectat et pertinet terrenum et territorium et curia ultra Olium in contrata Flurani versus et juxta castrum de Garbagnata seu Rochafrancha et juxta locum Aguzani et districtus Brixie infra hos confines videlicet a territorio de Garbagnate seu Rochefranche et loci Aguzani predicti inferius deversus Olium a sero parte et cui territorio Flurani predicti ultra Olium choeret a sero parte fluminis Olij a monte parte territorium Garbagnate seu Rochefranche a mane parte dictum territorium Rochefranche in parte et in parte territorium Aguzani et a meridie parte territorium Aguzani predicti etc. prout etiam per terminos certorum fossatorum et mottarum est distinctum. Item dicens quod occasione terreni et territorij seu territoriorum predictorum suborta materia questionis et discordie seu litis et controversie inter dicta comunia et homines civitatis Brixie et Urcearum et eorum sindicos et procuratores ex una parte, et dictum comune et homines Soncini et eorum sindicos et procuratores ex parte altera, coram sapienti viro domino Nicolao de Mordecastello collaterali et comissario in

hoc parte prefati Reverendissimi patris et Magnifici domini domini Mediolani etc., prefatus dominus Nicolaus de consilio domini ottonis lavezj de civitate Vercellarum utriusque jurisperiti Consiliarij electi per ipsum dominum Nicolaum de Mordecastello de voluntate partium predictarum ad consulendum in dicta questione etc., pronuntiavit et declaravit in omnibus et per omnia prout in consilio domini Ottonis lavezij continebatur videlicet suprascriptum territorium contentum infra dictas choerentias in instrumento divisionis producto per suprascriptos de Soncino contentas pertinere comuni et hominibus Soncini excepto et salvo et reservato quod terre et possessiones pertinentes personis et hominibus de Urcejs contenta infra dictas choerentias sint libere et exempte remaneant dictis de Urcejs, quo ad fodra talleas et honera. Item quia super pasculatico quamplures testes sunt recepti quideposuerunt eorum dicta ex utraque parte. Consulit quod sit salvum omne jus comunibus et hominibus dictorum locorum sive castrorum pasculari facere eorum bestias infra dictos confines dummodo pasculari non faciant in terris et possessionibus singulorum de locis sive castris predictis, ita videlicet quod illi de Soncino pasculari facere non possint eorum bestias in terris et possessionibus hominum et singularum personarum illorum de Urcejs, et versa vice illi de Urcejs pàsculari facere non possint eorum bestias in possessionibus hominum et singularum personarum de Soncino, et salvo et reservato excepto ab hominibus de Soncino. Et quia sepius comune inducere discordias consuevit consulit ipsum dominum Nicolaum posse et debere cum suo mero offitio sibi comisso sive ad petitionem ambarum partium predictarum sive ad petitionem alterius earum partium, sive a se ipso dividere et divisionem facere in predictis et terminos ponere prout sibi videbitur expedire honorem semper Reverendissimi domini Mediolani, salvo et reservato tamen jure quod habere viderentur et possent dicte partes in pothere Flurani. Ita quod in illo nullum fiat preiuditium per hoc presens consilium alicui dictarum partium. Et insuper victum victori contempnavit in expensas prout sic et plenius vel aliter in dictis consilio et pronuntiatum declaratum dicitur contineri, quamquidem pronuntiationem et declarationem seu sententiam infrascriptam et in ea parte seu partibus solomodo in qua seu quibus erat vel faciebat contra dictos comune et homines Soncini vel eis aliquod preiuditium sui juris generabat vel inducebat seu generare vel inducere poterat Pecinus de Zanebellis tunc sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum Soncini dixit et proposuit esse et fuisse nullam et nullius valoris momenti

et si qua erat vel esse appareret in ea parte vel partibus suprascriptis ab ipso domino Nicolao de Mordecastellis in et ab ea tanquam iniqua et iniusta et perperam et iniquam latam in ea parte seu partibus suprascriptis solomodo appellavit in scriptis solempniter dictis modis et nominibus ad suprascriptum Reverendissimum patrem et Magnificum dominum dominum Johannem vicecomitem prelibatum et ad eius auditorium et examen etc., prout sic et plenius vel aliter in dicta nullitate et appellatione et interpositione dicitur contineri. Item dicens quod predicta comune et homines civitatis Brixie et castri Urcearum nituntur et velle videntur turbare inquietare et mollestare comune et homines Soncini predicti in possessione et quasi dictorum terreni et territorij et jure et jurisdictione eorum atque clauserunt a duobus annis citra et clausam tenerunt dictam bucham aque sone cum quadam rugia sive seriola quam ibi fecerunt a dictis duobus annis citra super dicta strata ad traversum dicte buche aque sone et etiam multa et diversa dampna dederunt et intulerunt eisdem de Soncino in dictis terrenis et territorijs et frugibus existentibus in eis et maxime a tribus annis citra et quequidem dampna examinata et extimata fuerunt per suprascriptum dominum Nicolaum de Mordecastellis prout in actis sui officij et scripturis et sue examinationis plenius continetur. Quare ex predicta causa seu causis et omni modo jure et forma quibus melius potest petit et requirit dictus Raffainus de Zanebellis dictis modis et nominibus a vobis domino Nicolao de Arezio suprascripto quatenus pronuntietis atque sententietis predictam pronuntiationem et declarationem seu sententiam latam per suprascriptum dominum Nicolaum de Mordecastello, de consilio dicti domini Ottonis de Lavezijs in quantum et in ea parte seu partibus solomodo in qua seu quibus fit seu faciat seu esse vel facere appareat contra dictos comune et homines Soncini vel eis aliquod preiuditium sui juris generet vel inducat seu generare vel inducere appareat vel posse et fuisse nullam et nullius valoris et momenti et si qua esset vel esse appareat in ea parte vel partibus suprascriptis pronuntietis et declaretis atque sententietis male perperam et inique fuisse et esse pronuntiatam et declaratam per predictum dominum Nicolaum de Mordecastellis de consilio domini Ottonis de Lavezijs in ea parte seu partibus suprascriptis solomodo, et bene, et juste, et legittime fuisse appellatam per soprascriptum Pecinum de Zanebellis dictis modis et nominibus et insuper quatenus ex vigore balia et auctoritate vobis nuper concessis et attributis per prefatum Reverendissimum Patrem et Magnificum dominum Mediolani etc., et etiam

auctoritate vestri officij et omni modo jure et forma quibus melius potestis in ea parte et partibus in qua et quibus facit pro dictis comuni et hominibus Soncini et in eorum favorem confirmetis et approbetis, et ipsam etiam in melius reformetis in favorem dictorum comunis et hominum Soncini et pro eis, ac etiam pronuntietis et sententietis atque declaretis suprascripta terrena et territoria infra dictas choerentias et confines superius declaratas et descriptas et jus et jurisdictionem ipsarum et possessionem et quasi ipsorum terrenorum et territoriorum predictorum et jus et jurisdictionem ipsorum spectare et pertinere dictis comuni et hominibus Soncini et dicto Raffajno dictis modis et nominibus pro eis et esse jurisdictionis eorum. Item quod terminos et confines mihi ponatis et declaratis in dictis territorijs inter dictas partes sic claros et patentes et taliter quod ulterius non sit inter partes predictas aliqualis materia questionis etc., justa formam vestre commissionis predicte. Qujnimo etiam condempnetis predicta comunia et homines civitatis Brixie et castri Urcearum et districtuum eorum et dictum Johannem Bonazontam dictis modis et nominibus pro eis, atque pronuntietis sententietis et declaretis et precipiatis quod ipsa comune et homines civitatis Brixie et castri Urcearum et districtuum eorum de cetero non turbent inquietent nec molestent per se vel submissam personam comune et homines Soncini nec dictum Raffajnum dictis modis et nominibus pro eis in possessione et quasi dictorum terreni territorij seu territoriorum et juris et juridictionis eorum infra terminos et confines predictos eisdem super predictis perpetuum silentium imponendo. Et quod de predictis terrenis et territorijs et eorum jurisdictione se non impediant nec ulterius intermittant, et insuper condempnetis et compellatis predictos comune et homines Urcearum et dictum Johannem dicto nomine pro eis ad dandum et restituendum dictis de Soncino et dicto Raffajno dictis nominibus pro eis valorem et extimacionem dictorum dampnorum secundum extimacionem et examinacionem dicti domini Nicolai di Mordecastellis vel prout vobis melius videbitur. Et predicta et quod libet predictorum et quod eorum melius potest petit et requirit dictus Raffajnus de Zanebellis dictis modis et nominibus per vos dominum Nicolaum fieri et expediri et executione mandari debere quam summarius et expeditius esse potest secundum formam dicte vestre comissionis et quocumque alio modo jure et forma officio et causa quo et qua et quibus melius fieri potest et prout melius fieri potest salvo jure addendi interpretandi declarandi corrigendi et mutandi et alias petitiones etiam de novo faciendi et

omni alio jure sibi Raffajno dictis modis et nominibus competente, et petit expensas. Item etiam quod predictos comune et homines de Urceis et dictum Johannem dictis nominibus condempnetis et compellatis ad aperiendum et aperta dimittendum dictam bucham aque sone que est super strata que dirrigitur a Soncino versus Urceas in lecto veteris Olij ad hoc ut aque fluere possint per dictam aquam sonam pro ut consueverunt, die XII novembris producta fuit suprascripta scriptura coram suprascripto domino Nicolao per suprascriptum Raffajnum sindicario nomine ut supra sub porticu domus pallacij populi Soncini, in presentia Johannis Bonazonte sindici comunis Brixie etc., de qua dederunt copiam dicto Johanni dicto nomine. Quam scripturam suprascriptus dominus Nicolaus recepit presenti et intelligenti deliberandi et respondendi hinc ad diem Jovis proxime in vesperis. Qui Johannes dixit quod eam recipiebat, in tantum quantum tenetur et debet de jure et salvo sibi omni suo jure. Qui Johannes Bonazonta dicto nomine dedit et dimissit suprascripto domino Nicolao duo instrumenta sindicatuum, unum comunis et hominum Brixie traditum rogatum et scriptum per Bertolinum Frogerij notarium MCCCLI, indictione quarta die octavo mensis Julij. Item unum aliud instrumentum sindicatus comunis et hominum castri de Urcejs scriptum per Steffanum de Steffanis notarium MCCCLI, indictione quarta, die XXI, mensis augusti, que instrumenta suprascriptus dominus Nicolaus in continenti dedit et tradidit dicto Raffajno sindico ut supra. Cui Raffajno sindico ut supra, suprascriptus dominus Nicolaus statuit terminum respondendi et deliberandi super predictis usque ad cras in vesperis quidquid respondere vult. Qui Johannes Bonazonta dictis nominibus coram presentia dicti domini Nicolai Judicis et dellegati suprascripti dixit et protestatus fuit ipsi domino Nicolao quod debeat procedere ad expeditionem dicte cause et eam finire et terminare sine debito petens instanter quod ipsam causam finiat et terminet et protestatus fuit quod per eum non stetit nec stat quin dicta causa finiatur, et quod nullum preiuditium fiat dicto Johanni dictis nominibus pro eo quod dicta causa non expeditur et quod sibi non currat aliquod tempus et salvo semper sibi dictis nominibus omni suo jure. Et predicta dixit et protestatus fuit in presentia dicti Raffajni dicto nomine. Qui dominus Nicolaus suprascriptus dixit in presentia suprascripti Johannis sindici ut supra quod paratus est et per eum non remanet nec remanere vult qujn dicta expediatur et fine debito terminetur et offert se paratum ad predicta. Qui Raffajnus de Zanebellis dictis modis et nominibus dixit et protestatus fuit co-

ram prefato domino Nicolao in presentia dicti Johannis Bonazonte cavillose et malitiose fecit protestationem predictam, quia produxit et recipi fecit quasi omnes testes suos, et de testibus dicti Raffajni nullus adhuc est receptus. Ideoque dicit et protestatur ipse Raffajnus dictis modis et nominibus quod bene contentatur et contentus est quod dicta questio expediatur et per quam summarius et citius esse potest per prefatum dominum Nicolaum receptis prius et examinatis per eum probationibus et juribus dicti Raffajni dictis modis et nominibus cui Raffajno sindico ut supra suprascriptus dominus Nicolaus statuit terminum decem dierum pro prima dillatione ad probandum quicquid probare vult super suprascripta petitione data per ipsum Raffajnum coram suprascripto domino Nicolao Vicario Comissario, ut supra sedente. Et hoc presenti suprascripto Johanne Bonazonta sindico ut supra, die quartodecimo ut supra novembris, in horis vesperarum, coram suprascripto domino Nicolao Vicario et Comissario ut supra sedente in dicto loco et in termino sibi assignato, et in presentia dicti Raffajni sindici dicti comunis de Soncino comparuit Johannes Bonazonta sindicus et sindicario nomine comunium Brixie et Urcearum excipiens contra suprascriptam petitionem suprascripti Raffajni dicto nomine dicit super ipsa non debere procedi tanquam incerta dubia et obscura et aliis rationibus dicendis et alegandis et in quantum appareret debere procedi, dictis Johannes Bonazonta dictis nominibus salvis sibi dictis omnibus suis exceptionibus respondendi dicte petitioni dicit narrata prout narrant per dictum Raffajnum dicto nomine in quan tum sint vel esse possint contra dicta comunia Brixie et Urcea rum fieri non debere rationibus et causis tempore debito allegandis. Insuper dictis Johannes Bonazonta sindicus et sindicario nomine dictorum comunium Brixie et Urcearum reconveniendo dictum Raffajnum dicto nomine et omni modo et jure quibus melius potest petit a vobis domino Nicolao Judice dellegato et commissario ut supra quod pronuntietis et vestra sententia declaretis omne et totum territorium existens citra flumen Olij versus territorium de Urcejs et versus territorium Brixiense a territorio de Garbagnate seu de Rochafrancha usque ad territorium de Barcho districtus Brixie cui territorio choeret a sero flumen Olij sicut hodie discurrit et solitum est discurrere, a monte territorium de Garbagnate seu de Rochafrancha territorij Brixiensis, a meridie territorium de Barcho territorij Brixiensis, spectare et pertinere et semper spectavisse et pertinuisse dictis comunibus Brixie et Urcearum maxime quo ad dominium potestatem et juris-

dictionem et possessionem pleno jure. Et quod dictus Raffainus dicto nomine et per eum dictum comune et homines Soncini non possint nec debeant turbare inquietare nec mollestare dictum Johannem Bonazontam et per eum dicta comunia Brixie et Urcearum in possessione dicti territorij nec jurisdictione eius, et ita per vos pronuntiari petit dictus Johannes dictis nominibus, et per vos ita compelli distringi et condempnari dictum Raffajnum dicto nomine et per eum dictum comune Soncini omni modo et jure via et causa quibus melius fieri possunt et maxime rationibus et causis tempore debito allegandis non obstante contradictione dicti Raffajni dicto nomine, a quo petit expensas factas et fiendas et omnia dampna et interesse, salvo semper dicto Johanni dictis nominibus et per eum dictis comunibus Brixie et Urcearum omni suo jure, maxime addendi, aliter dicendi petendi et protestandi et omni alio suo jure, et predicta dicit et petit dictus Johannes dictis nominibus debere fieri et pronuntiari ultra alia dicta et petita per dictum Johannem dictis nominibus coram vobis domino Nicolao Judice dellegato ut supra maxime et in petitione producta coram vobis et data ad consulendum dicto Raffajno dicto nomine quibus inheret et a quibus recedere non intendit et salvo sibi omni suo jure ut supra die suprascripto et loco statuit et incontinenti post suprascriptam responsionem factam per suprascriptum Johannem Bonazontam suprascripte petitioni dicti Raffajni. Idem Raffajnus de Zanebellis dictis modis et nominibus ibidem presens coram suprascripto domino Nicolao ex adverso dixit debere procedi super dicta sua petitione tanquam certa et clara et non dubia nec obscura et debere fieri que in ipsa sua petitione continentur et hoc non obstante aliqua contradictione dicti Johannis Bonazonte ibidem presentis a quo petit expensas. Die quintodecimo novembris in castro Urcearum in hospitio de la campana quod tenet Jacobus dictus Nanus de Urcejs comparuit coram suprascripto domino Nicolao comissario prefato dictus Raffajnus de Zanebellis dictis modis et nominibus in termino suprascripto sibi statuto ad contradicendum suprascripte scripture reconventionis dicti Johannis Bonazonte et eidem contra dicendo dixit ipsam scripturam in modum reconventionis et cuiusdam petitionis porrectam per dictum Johannem Bonazontam dictis modis et nominibus non valere cum sit inepte formata et cum sit nova petitio sic dici potest extra causam appellationis interposite per ipsum Johannem Bonazontam sindicario nomine ut asserit dictorum comunium et hominum Brixie et Urcearum, et cuius appellationis causa pendet coram ipso domino Nicolao et alijs pluribus rationibus et

causis suo loco et tempore dicendis ostendendis et allegandis et maxime etiam cum dictus Johannes non habeat sufficiens mandatum a comuni Brixie vigore suprascripti instrumenti scripti per Bertolinum Frugerij producti per ipsum dominum Johannem die heri contra quod quidem instrumentum si sic dici potest opponit et excipit dictus Raffajnus dictis modis et nominibus ipsum non valere cum careat certis solempnitatibus opportunis et que a jure requiruntur et aliis pluribus rationibus et causis suo loco et pro tempore dicendis respondendis et allegandis et petit expensas. Die suprascripto et loco producta fuit suprascripta scriptura coram suprascripto domino Nicolao per suprascriptum Raffajnum sindicario nomine ut supra in presentia suprascripti Johannis Bonazonte dicto nomine sedente pro tribunali in suprascripto hospitio suprascripti nam ubi presentialiter result..... suprascriptus dominus Nicolaus. Quam scripturam suprascriptus dominus Nicolaus admissit in quantum tenetur et debet de jure et non aliter nec alio modo et statuit terminum dicto Johanni Bonazonte presenti et intelligenti usque cras in vesperis ad respondendum quicquid respondere vult suprascripte responsioni facte per suprascriptum Raffajnum ut supra et precepit dicto Johanni sindico ut supra ut dicta hora sit in Urcejs ad accipiendam copiam capitulorum si qua producere intendit dictus Raffajnus.

Die sextodecimo novembris suprascriptus dominus Nicolaus pro tribunali sedens in suprascripto hospitio dicti Nani in presentia et de voluntate suscriptarum partium pronuntiavit et pronuntiat terminum suprascripto Raffajno dicto nomine probandi non currere hinc ad.... dies proxime venientes, et hoc fecit suprascriptus dominus Nicolaus quia eum opportet ab esse. Die suprascripto et in suprascripto hospitio dicti Nani suprascriptus dominus Nicolaus precepit dicto Raffajno sindico ut supra quod sit in Pergamo ad videndum jurare testes quos producere vult suprascriptus Johannes Bonazonta sindicus et sindicario nomine ut supra, die suprascripto in vesperis producta fuit suprascripta scriptura per suprascriptum castro de Urcejs ante suprascripto hospitio de la Campana, quod tenet suprascriptus Jacobus dictus Nanus de Urcejs. Johannes Bonazonta sindicus et sindicario nomine comunium Brixie et Urcearum comparuit coram suprascripto domino Nicolao, occasione exceptionis facte die veneris quintodecimo presentis mensis novembris per Raffajnum de Zanebellis sindicum et sindicario nomine comunis et hominum de Soncino contra responsionem factam per dictum Johannem dictis nominibus cuidam petitioni alias producte per dic-

ctum Raffajnum dicto nomine coram dicto domino Nicolao contra dictum Johannem dictis nominibus dicens dictus Johannes dictis nominibus scripturam et responsionem productam per dictum Johannem dictis nominibus ad petitionem predictam per dictum Raffajnum dicto nomine, valere et tenere et voluisse et tenuisse et super ea procedendum esse, maxime in quantum procedendum esset et procedi deberet super petitione producta per dictum Raffajnum dicto nomine, cum dictus Raffajnus in sua petitione petit et petat plura ultra ea que continebantur in prima sententia inter partes lata, et instantia in qua lata fuit dicta sententia ultra ea quibus petit sententiam contra eum latam infirmam ut apparet ex inspectione ipsius petitionis et maxime in ea parte in qua petit pronuntiari territoria in petitione contenta spectare ipsi comuni Soncini et se non debere inquietari in possessione dictorum territoriorum et sit debet licere dicto Johanni dictis nominibus respondere et recumvenire hiis et contra ea que petuntur per dictum Raffajnum dicto nomine in sua petitione et aliis rationibus suo loco et tempore allegandis, Salvo dicto Johanni dictis nominibus omni suo jure et protestatur de expensis quas petit. Item dicit dictus Johannes dictis nominibus se esse et fuisse sufficientem sindicum dictorum comunium Brixie et Urcearum vigore instrumentorum per eum productorum non obstantibus dictis et oppositis per dictum Raffajnum dicto nomine et protestatur de expensis quas petit.

Visis etiam sententia lata in principali causa per suprascriptum dominum Nicolaum de Mordecastello de consilio predicti domini Ottonis Lavezij jurisperiti, nec non appellationibus et nullitatibus per dictas partes interpositas omnibus etiam .... et processibus et scripturis infrascriptis quoque testibus et attestationibus, libris actis processibus et juribus quibuscunque actitatis et factis atque productis in suprascripta questione et causa tam in causa principali quam in appellatione et tam coram dicto domino Nicolao de Mordecastello quam coram nobis, visis etiam privilegiis imperialibus concessis dictis partibus et etiam quadam sententia lata contra comune Brixie per quondam Serenissimum Imperatorem Henricum etc., auditis insuper dictarum partium allegationibus sepe et sepius tam oretenus quam in scriptis, visis etiam ad oculum ac examinatis et ispecturatis tam per oculorum inspectionem quam per alias informationes dictis locis et terrenis et territorijs eorumque confinibus et choerenciis de quibus est questio et fit mentio in suprascriptis processibus. Et super predictis omnibus habita diligenti et matura deliberacione, Christi nomine invocato de cuius vultu rectum pro-

cedit juditium sedentes pro tribunali in Pallatio comunis Pergami ad banchum ubi redditur jus per dictum Vicarium domini potestatis Pergami ubi presentialiter sumus de mandato prefati domini nostri de quo mandato constat per litteras suprascripti patris et domini eius bulle bullatas per nos visas et lectas, quarum tenor sequitur in hac forma videlicet. — Nos Johannes Dei gratia Archiepiscopus et generalis dominus Mediolani etc. Cum opporte at dominum Nicolaum de Arezio Vicarium nostrum se absentare a civitate Mediolani et esse in civitate Pergami pluribus diebus et tempus cause appellationis vertentis coram eo inter comune Brixie et Urcearum ex una parte, et comune Soncini ex altera interposite a quodam sententia domini Nicolai de Mordecastello expiret, concedimus dicto domino Nicolao de Arezio ex certa scentia aliquo non obstante, quod dictam sententiam ferre possit etiam in Pergamo et ubicunque sibi videbitur, et quod ab ipsis partibus recipere possit pro eius salario predicte judicature florenos quinquaginta auri et non ultra registratis et sigillatis presentibus in testimonium premissorum; datam Mediolani MCCCLIIII septima indictione die XXVIIII augusti. — quem locum nobis ad hoc jdoneum elligimus etiam de voluntate suprascriptorum Johannis et Raffajni nominibus quibus supra diffinitive *dicimus pronuntiamus sententiamus* totum illud territorium quod est versus Soncinum a sero et meridie parte infra infrascriptos confines silicet incipiendo a flumine Olij, sicut hodie fluit dictum flumen, ibi ubi est campus qui dicitur fuisse quondam fratris Egidij de la Pilla qui dicit esse prope et juxta plantatum que dicitur quondam Ottavij Tavelle, venendo sive eundo versus mane et meridie per paludes et caneta, ubi dicitur pro parte comunis de Soncino lectus vetus Olij veniendo sive eundo deredenter costam ipsius lecti veteris Olij versus mane et meridie usque ad dossum strate Soncinasche ibi ubi dicitur bucha aque sone, et veniendo sive eundo a dicta Bucha aque sone in infra versus meridiem, sicut modo decurrit et fluit dicta aqua sona juxta dictam stratam demissa dicta strata versus mane usque quo dicta aquasona fluendo descendit semper juxta dictam stratam a sero parte usque in quemdam ramum aque qui appellatur ramus mortuus sive Oliolus mortuus et usque quo dictus ramus mortuus sive Oliolus mortuus fluit et descendit in flumen Olij juxta dictum arzinem de Barcho per ipsos de Soncino nominatum spectare et pertinere pleno jure quo ad omnimodam jurisdictionem dicto Raffajno de Zanebellis sindico et procuratori et sindicario et procuratorio nomine comunis et hominum de Soncino et per ipsum Raffajnum ipsis comuni et homi-

nibus de Soncino, Salvo tamen jure quarum libet singularum personarum de Brixia et de Urcejs et districtu Brixie in terris et possessionibus earum si quas ibi haberent, et totum aliud terrenum de quo fit mentio in libellis sive petitionibus seu capitulis datis et porrectis coram nobis per suprascriptos Raffajnum sindicum et procuratorem et sindicario et procuratorio nomine ut supra, et Johannem Bonazontam sindicum et procuratorem et sindicario et procuratorio nomine comunium et hominum de Brixia ed de Urcejs, de quibus libellis et petitionibus et capitulis supra fit mentio, dicimus pronuntiamus et sententiamus spectare et pertinere pleno jure quo ad omnimodam jurisdictionem dicto Johanni Bonazonte sindico et procuratori et sindicario et procuratorio nomine suprascriptorum comunium Brixie et de Urcejs et per ipsum Johannem ipsis comunibus Brixie et Urcearum, Salvo tamen jure quarumlibet singularum personarum de Soncino et de districtu Soncini in terris et possessionibus earum si quas ibi haberent. Et quod liceat et licitum sit dictis comuni et hominibus de Soncino ducere sive duci facere ad terram de Soncino omnes eorum fructus et redditus quos ibi habent et habebunt seu in posterum recolligent in territorio quod ipsi de Soncino appellant terrenum et territorium de Flurano et in contrata quam ipsi de Soncino dicunt et nominant Pertinengum quod dicitur esse per..... de Soncino ultra dictum flumen Olij et stratam Soncinascham versus mane et meridie sine aliqua molestia et sine solutione alicuius dacij vel gabelle vel alicuius oneris imponendi vel exigendi nomine comunis Brixie vel Urcearum vel alicujus eorum. Et liceat etiam et licitum sit ipsis hominibus de Soncino in dictoterritorio de Flurano ed de Pertinengo quod reperiatur esse alicujus singularis persone sive comunitatis pascere et pasculare eorum bestias et eas Soncinum reducere etiam sine solutione alicujs pasculi graviminis vel honeris. Et quod ipsi homines de Brixia non possint imponere aliquas gravitates reales vel personales vel mixtas hominibus de Soncino occasione alicuius terre vel possessionis quas haberent in dictis locis et imposite non valeant nec teneant nec ad eas teneantur dicti de Soncino et versa vice liceat et licitum sit hominibus de Brixia et de Urcejs ducere Brixiam et Urceas omnes eorum fructus et redditus quod ipsi habent et habebunt et in posterum recoligent in aliquibus eorum possessionibus quas habent in dicto territorio seu terreno quod superius diximus spectare et pertinere comuni et hominibus de Soncino, et sine aliqua molestia et sine solutione alicuius dacij vel gabelle vel alicuius oneris inponendi vel exigendi nomine comunis de Soncino, et

etiam liceat et licitum sit ipsis hominibus de Brixia et de Urcejs in dictis eorum possessionibus si quas habent in dicto terreno sive territorio quod supra diximus spectare et pertinere dicto comuni de Soncino pascere et pasculare eorum bestias et eas Brixiam et Urceas reducere etiam sine solucione alicuius pasculi gravitatis vel honeris, et quod ipsi homines et comune de Soncino non possint imponere hominibus de Brixia et de Urcejs occasione alicuius terre et possessionis quas haberent in dictis territorijs sive locis, aliquas gravitates reales vel personales vel mixtas et inposite non valeant nec teneant nec ad eas teneantur dicti de Brixia vel de Urcejs et in quantum reperiretur sententiam dicti domini Nicolai de Mordecastello de qua supra fit mentio latam inter partes suprascriptas non dissentire vel discrepare suprascriptis per nos dictis, sed esse conformen et predictis convenire, dicimus pronuntiamus et sententiamus in dicta parte et puncto bene judicatum esse per suprascriptum dominum Nicolaum de Mordecastello et male et perperam appellatum per partem seu partes predictas et in quantum dicta sententia dicti domini Nicolai de Mordecastello dissentiret vel discreparet suprasctiptis in aliqua parte vel puncto vel eis non esse conformis, dicimus pronuntiamus et sententiamus in dicta parte vel puncto tantum in qua dissentiret vel discreparet bene appellatum per partem sive partes predictas, et male judicatum per suprascriptum dominum Nicolaum de Mordecastello. Reservantes in nobis baliam et auctoritatem declarandis dictos confines si inter dictas partes de predictis aliqua questio oriretur et ad oculum terminos ponendi si opus fuerit. Et utramque partem absolumus ab expensis hinc inde factis coram nobis quoniam quelibet ipsarum est victrix et victa.

Lata et data et in hijs scriptis sententialiter pronuntiata fuit suprascripta sententia per suprascriptum dominum Nicolaum Vicarium et Judicem et Cognitorem ut supra, pro tribunali sedentem in suprascripto pallatio comunis Pergami et ad suprascriptum banchum et etiam lecta et pubblicata per me Johannem Fanchonum Pergamensem publicum Imperiali auctoritate notarium et nunc suprascripti domini Nicolaj scribam et offitialem, in presentia suprascriptorum Johannis Bonazonte sindici et procuratoris et sindicario nomine suprascriptorum comunium et hominum Brixie et Urcearum, et Raffajni de Zanebellis sindici procuratoris et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum de Soncino die primo, mensis septembris millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, presentibus testibus Johannes de Mantoanis Do-

nato dicto Grassello de..... de Spirano Simone filio qamd De-uon tesalvi de Sollario et Simone filio Detesalvi de Cassarijs ...... de Bonellis omnibus Pergami ad hec vocati rogatis.

Ego Johannes Fanchonus Pergamensis publicus Imperiali auctoritate notarius et nunc suprascripti domini Nicolaj scriba et offitialis predictis interfui et rogatus scripsi et in testimonium premissorum signum meum consuetum apposui.

Ego Jacobinus Micherius notarius publicus Imperiali auctoritate, filius quondam dom. Gasparini, civitatis Mediolani, porte Vercelline, parochie Sancti Victoris ad theatrum scripsi.

Archivio di S. Fedele. — Fiume Oglio.

48.

Capitoli da osservarsi dalli frati del Consorzio di S. Maria di Soncino.

Anno 1361.

Gloria sia alla Summa Trinitade ad quella Sacra Majestade che ogni cosa creò a suo piacere lo cielo, la terra, lo mare, fece lo homo de niente e formollo puro e innocente. Ma lui, per inobbediencia cadè in peccato, per lo quale fu cazato fora delo Paradiso senza salire, e mai non sarebbe potuto salire in cielo, come li spiriti beati ze non fosse nata una verzela de la stirpe de David tanto bella et ha prodotto un tal fiore che a tutto lo mondo rende odore, co fu Jesu Cristo nostro redentore el quale per santo Spirito è nato, morto, sepulto e resusitato na liberati da grande danno cioè dallo peccato di Misser Adamo. Sia adoncha laudata la Verzine beata la quale sempre è esaltata sopra li Anzeli e Spiriti beati, Profeti, Apostoli e Martiri gloriosi confessori e verzini sempre tanta laudando quella pianta cioè Maria Sancta de la quale David canta. La Regina sia de la destra di lui in veste deaurata, e circondata de varietade e così per veritade per sua humiltade tutti siamo liberati da la eterna morte. Adoncha ad honore de quela madre pia sia apellato questo lo consorzio de S. Maria el quale e ordinato ad sua riverenza in la terra nostra de Sonzino per satisfare alli poverelli de Jesu Cristo e tutti noi ad onore de Dio e della B. V. Maria dovemo haver in riverenza li poverelli de Dio secondo che scritto nel sacro evangelio, cioè : chi dà manzare o bevere ad uno di questi miei minimi lo farete a me medesimo dice Cristo; e per lo contrario chi farà dispiacere a lo povero lo farete a mi vostro Dio dal quale sarete puniti senza falo in sempiterno. Amen.

A. militrecentosessantuno, al tempo de lo venerabile frate Pietro de Capeli vescovo di Cremona sono confirmati li infrascripti capitoli e deno esser observati da li fratelli del Consorzio de Sancta Maria de Soncino.

Primamente siano sei frati non mancho, nanche più, però che le intrate possono melio satisfare a la necessitade de' poveri de Cristo, li quali frati sieno homeni de bona vita e de bona prosperitade, azò posseno tolerar le fatiche circa a le necessità poverile come è scritto quà de sotto.

Ancora, che quando morisse uno de li predetti frati subito como sarà sepelito ne sia eletto un altro de loro frati che sia homo de bona fama, e sia povero de roba, e non de virtude e homo da bene e questo non sia eletto per amicitia ne per amor carnale, ma solo habiando rispetto che sia sufficiente a tale officio, e fatta la elezione se lo dito eletto sarà contento de intrare ne la dita fraternitade sia noto a misser lo Arciprete che sarà in quelo tempo, e se lui parerà sia sufficiente sia ricevuto con ogni caritade.

Ancora li diti frati si confessino quatro volti l' anno, e recevino lo corpo di Cristo con devotione, cioè, a la Pasqua de Resurrezione, a la Pentecoste, a la sumptione de la Vergine Maria et a la natività de Jesu Cristo, et quando anderanno a quella santa comunione abeno cadauno de loro una candela accesa in mano per riverentia di tanto sagramento, el suo confessore sia lo arciprete de Santa Maria de Soncino, e se alcuno de li diti frati fosseno soto a la cura de Santo Jacobo ovvero de Santo Pietro voliamo che se confesseno e se comunicano a la dita Pieve de Santa Maria acciocchè più plenariamente miser lo arciprete sia informato de la lor conscientia al quale s'aspeta la cura de le lor anime.

Ancora voliamo che li diti frati vadino vestiti di berettino in segno de humilitade, e sieno li loro mantelli non de panno fino non troppo longhi nè curti, ma como ogni honestade e porteno in suso le spalle del mantello una pezzola de pano, berettino diferente un poco de quello del mantello in forma de scuro acciò sieno conosciuti di quelli del terzo habito de Santo Francisco, e similmente le loro calce, berettine la bereta e tutto el suo vestire.

Ancora volemo, che cadauno de li diti frati debia avere per sostentare la sua vita quatro stara de formento ogni mese de li introiti de dito consorzio, e questo se intende siando sani, in tanto ponno lavorare e sustentare la vita soa una cum quelli quatro stara de formento; e perchè non se de claudere el gremio al bove avante, volemo che se venisse uno de li diti frati in povertade non potesse

lavorare ovvero difeto che fosse vegio, sia in tutto provveduto de li beni del dito consorzio tanto che viva in questo mondo.

E perchè dice Cristo: Beati li misericordi perochè conseguiranno misericordia, pertanto volemo che ogni domenica diti frati fazeno Capitolo una col ministro suo i quali elezono uno frate che sia provido e sollecito circa li poveri enfermi, li quali sia subvenuti da lui de li beni del dito consorzio, e la subventione sia notificata a lo ministro de la deta fraternitade, el qual proveda a la necessità de secondo sarà riferito da lo ebdomadario così comandato, cioè quello che sarà eletto a la visitatione de li diti infermi poverelli.

Ancora, li diti frati siano obbligati a visitare l'infermi poveri che non hanno chi li solliciti a le necessitade sue per defeto de estrema povertade siando da li diti frati confortati alli sacramenti de la Santa Giesa cioè, se confesseno, communicano e receveno l'estrema unzione se sarà bisogno e se lo dito povero ovvero povera venisse a morte sia da lor sollicitadi como ogni caritade et in l'ora de la morte li siano li frati prediti, recordandole de la passione de Cristo, che sia forte ne la fede, che non creda alle suggestioni diaboliche, che sia patiente per amore de Dio, e a questo siano eletti per lo ministro doi de li più zoveni e gagliardi et abili a sostenere tale fatica.

Ancora, se uno povero vene a morte il quale sia privato in tutto de roba in tanto non potesse essere sepolto, venendo l'ordine de Sonzino li sia proveduto de la sepoltura per lo dito ministro e sia per li diti frati insieme cum el sacerdote accompagnato a la sepoltura abiando cadauno di loro una candela in mano presa da la abitazione sua infina a la sepoltura e tantochè sia sepelito, dicano Pater nostri et Ave Maria in segno de charitade.

Ancora se fossero presoneri ne la terra de Soncino siano obligati li diti frati con lo adjutorio de frati de la barba de S. Spirito de la dita terra de Sonzino a visitarli e provvederli la lor vita intanto staranno in presone, e se fosseno per la vita, e fosse dopo de loro fatto giustizia li diti frati in compagnia con quelli della barba vada a compagnare diti malfattori al loro deputato de la justitia sempre la croce precedendo confortandoli a patientia per la passion de Cristo.

Ancora, quando li frati prediti volessero elezere uno a la dita compagnia de Santa Maria, non posseno elezere altro frate de altro ospedale como de Santo Spirito, nè de Santo Marco, ne de Santo Johanne evangelista, e se pur lo elizezeno, quella ellectione sia nulla, e se quello fosse eletto acceptasse la electione sia privato

de quello che haveva de prima, e se fosse frate de quelli de Santo Spirito sia punito dal suo ministro e faza penitentia de sua presuntione.

Ancora, perochè dice Cristo: venite da mi tutti voi, i quali sete affadigati, e ve reficiarò, zoè sarete remunerati delle vostre fadighe perchè de sopra nel primo capitolo avemo dito, che li frati debeno essere poveri de roba siamo contenti che se alcun zentiluomo per dar opera alla misericordia volesse intrare in questa fraternitade sia ricevuto, non le sia dato alcun premio temporale aspettando lui la eterna mercede de Jesu Cristo el quale rende a cadauno secondo la loro operatione.

Ancora volemo, che quando se sole recevere uno frate in questa compagnia siando aprovato per homo da bene e virtuoso anche se fosse stato cattivo e perverso volendo far penitentia sia menato da li altri frati convocando con seco li frati de Santo Spirito vadino innanzi l'altare della Verzine Maria stando quello, el quale dè esser ricevuto in mezzo delli altri frati in zenugione innanzi all'altare predito domandando humilmente a messer lo arciprete e li frati prediti d'esser recevuto allora le sia benedetto el mantello e li altri panni per lo prelibato messer lo arciprete, e li siano misi indosso per lo suo ministro, cantando li sacerdoti, *Veni Creator Spiritus* cum lo versiculo *Emitte spiritum tuum et creabuntur,* etc. cum la oratione *Deus qui corda fidelium*, etc., e domente che se canta el predito ino *Veni Creator Spiritus* abeno li sacerdoti una candela accesa in mano e così tutti li frati, le quali candeli siano provisi per lo ministro.

Ancora volemo, che se l'intrade del dito consorzio mancasseno non fosseno a sufficientia provedere a le necessitade predite vadeno li frati che serano mandati dal ministro, a cercare per l'amore de Dio per le case de Sonzino e per tuto lo suo distreto e così similmente per la diocesi Cremonese.

Archivio dell'Ospitale di Soncino. — Annali del P. Relucenti. Monum. Soncini. Vol. I, fol. 130.

49.

1365, 1 Aprile.

Nota delli stabili che possedeva la Chiesa di San Giacomo all'atto che prese possesso di questa Rettoria il Prete Giovanni Grumelli.

Anno Dom. Incarn. M. tercentesimo sexagesimo quinto. Indict. III, die 1 Aprilis. — In Ecclesia Sancte Jacobi de Sonzino, presentibus

P. Paulo Schudelario, Gulielmo de Cavallis, et Fachino Barbolini de Barbobus, omnibus de Sonzino, testibus ibi notis, vocatis et rogatis . . . . (Si fa cenno che avendo D. Antoniolus de Amichonibus Canonico Agostiniano di S. Cataldo di Cremona rinunciato alla Rettoria di S. Giacomo con atto 3 novembre 1364, il vescovo nominò Rettore d. Johannes de Grumellis de Sonzino, e commise Ven. Viro. d. Prebenzino de Cropello Archipresbitero Ecclesie S. Marie Plebis de Sonzino, di immetterlo come lo immette nel possesso colle solite formalità. — Seguono descritti i beni della chiesa.)

Bona Ecclesie Sancti Jacobi.

Primo. Una petia terre, casata, copata et murata, jacens in porta subtus cui coheret a mane et a meridie via, a sero et a monte dicta Ecclesia S. Jacobi que emit dictam petiam a Johanne de Covo juxta apparet ab instrumento rogato per Rozonum de Zanebellis.

Item una petia terre casata et murata et sedumata cum uno follo tabularum duarum juxta apparet instrumento rogato per Gaffurinum de Mayneriis notarium, jacens in Mostizanica, cui coheret a mane aqua binarum, a meridie et a sero Majolus de Cropello, et a monte Alexius de Cropello.

Item una petia terre aratoria et vidata perticarum bis decem, tab. XIV cum media hora aque de aqua scolatoris porta mane S. Eusebii, jacens in dicta porta mane cui coheret a sero a monte et a mane via et a Meridie Laurentius de Grumellis.

Item una petia terre aratoria et vidata pert. XIII vel circha, jacens ad S. Antoninum super Dossos, cui coheret a . . . . Guizardus de Grumellis . . . .

Item una alia petia terre pertic. quinque vel circha, jacente in Fonteno cui coheret a mane via, a meridie Zucha d. Locadello, a sero et a monte dictus Zuchù d. Locadello . . . . . .

Item una petia terre perticarum duarum vel circa, jacente in Brolo, cui coheret Ecclesia S. Marie Plebis Soncini de duabus partibus . . . .

Item una petia terre perticarum XII et tab. XI cum aqua binarum qua pertinet dicte terre omni die Jovis a nonis usque ad vesperas, per indivisum; cui coheret a mane d.nus Petrus de Covo a meridie . . . . . . a sero d. Joh. de Rangonibus et a monte via.

Item una petia terre aratoria et vidata perticarum IX vel circha, jacente ad Muram cui coheret a monte, mane et meridie via et a sero d. de Cropellis cum tanta aqua, cum qua dicta terra possit adaquari.

. . . .

✝ Ego Johannes de Chizotis pub. Imp. auct. notarius . . . .

Archivio di S. Fedele. — Pergamene del Convento di S. Giacomo.

50.

1366, 3 Aprile.

I Consoli della Chiesa di S. Giacomo comperano da Mozino da Covo una Casa situata in Borgo di Sotto.

In Christi nomine amen. — Anno dominice Incarnationis millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die tertio aprilis. — In Sonzino. — Presentibus d.nis Antonio et Anzellerio de Barbobus, Magistro Accursio de Sablis, et Johannino de Zanebellis testibus ibi rogatis.

Ibi Mozinus de Covo per se et suos heredes facit datum nomine venditionis ad perpetuum allodium in Johanino de Barbobus et Andriollo de Pratariis Consul. Ecclesie S. Jacobi Sonzini, stipulantibus et ementibus nomine dicte Ecclesie.

Nominative de una pecia terre casate jacente in porta subtus Sonzini, cui coheret a mane ed a meridie via et a sero et a monte dicta Ecclesia . . . . . . constitutus se possessorem . . . . . . donec . . . . . dans eis . . . . . dicto nomine parabulam . . . . . . et pro pretio et mercato et completa solutione dicte domus fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse a dictis Johanino et Andriollo dantes dicto nomine dicte Ecclesie libras sexaginta imper. remotam . . . . . obligantes . . . .
. . . .

✝ Ego Paulinus dictus Rozonus de Zanebellis de Sonzino, notar. sacri Palati.

Archivio di S. Fedele. — Pergamene del Convento di S. Giacomo.

51.

1368, 25 Agosto.

Diploma dell'Imperatore Carlo IV, che conferisce a Tomaso Cropello di Soncino il titolo di conte Palatino e la facoltà di creare Notaj, Giudici e legittimare i figli spurii.

In nomine S.e et individue Trinitatis felicit. Amen.

Carolus Quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex ad perpetuam memoriam.

Nobili Thomasio de Cropello de Soncino nato q.m Anselmi Cremonem diocesis, sacri lateranensis palatii comiti, suo et sacri imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Quamvis Serenitas Cesarea quotidie debeat relucere cum sole et virtuosum quid agere quo Cesaree Majestatis titulus possis attolli Thesauris tamen ejus precipue illud apponitur per quod personis providis circumspectionis industria et morum honestate conspicuis honor impendit, et digna meritorum premia retributionis numera abundantius largiuntur; sane de tue fidei et circumspectionis industria plenam habentes fiduciam te et heredes tuos in descensum linee masculine sacri lateranensis palatii Comites Creamus facimus et prout melius possumus ordinamus decernentes et hoc imperiali statuentis edicto quod omnibus juribus privilegiis gratiis et libertatibus uti et gaudere possitis quibus ceteri comites Lateranensis palatii de jure vel consuetudine potiuntur, dantes et concedentes tibi et tuis heredibus supradictis auctoritatem et plenariam potestatem Tabelliones seu Notarios publicos faciendi et eos cum penna et calamario ut moris est de Tabellionatus officio investiendi, dum tam ad praticam quam ad exercitationem ejusdem offitii eos abiles inveneritis super quo tuum et heredum tuorum conscientias oneramus, nec non investiendi Judices ordinarios juxta sacrarum legum legitima instituta et a Tabellionibus et Judicibus ordinariis tempore creationis et institutionis eorum infrascripta juramenta recipiendi ut Tabellio juret in hec verba: « Ego N. juro et promitto quod » fidelis ero Sereniss.º et Invictissimo Principi d.no d.no Carolo » Quarto divina favente Clementia Romanorum Imperatori semper » Augusto et Bohemie Regi Ill.ri D. meo Gratioso, et omnibus suc- » cessoribus ejus Romanorum Imperatoribus et Regibus legitime » intrantibus neque unquam ero in consilio ubi periculum eorum » tractabitur, bonum et salutem eorum promovebo damna eorum » pro mea possibilitate avertam fideliter, et instrumenta seu con- » tractus quoscumque non scribam in papyro seu carta veteri aut » abrasa sed in membrana munda et nova, testamenta codicillos et » quascumque ultimas voluntates nec non dicta testium conscribam » fideliter, et ea occulte servabo nullique pandam donec debeat » aut mandato Judicis seu alterius exigente justitia promulgari seu » publicari causas miserabilium personarum nec non pontes hospi- » talia et emendationem viarum publicarum omni tempore promo- » vebo; et offitium Tabellionatus exercebo fideliter non attendendo » munera odium vel amorem. Sic me deus adjuvet et S. dei Evan- » gelia. — Juramentum vero ordinarii Judicis erit in hec verba. — » Ego N. juro quod fidelis ero Serenissimo et Invictissimo Principi » et d.no d.no Carolo Quarto divina favente Clementia Romanorum » Imperatori super Augusto, et Boemie Regi, Ill.ri d.no meo Gra-

» tioso, et omnibus successoribus suis Romanorum Imperatoribus
» et Regibus legitime intrantibus, neque unquam ero in consilio
» ubi periculum eorum tractabitur, bonum et salutem eorum pro-
» movebo damna eorum pro possibilitate mea avertam fideliter cau-
» sas miserabilium personarum nec non pontes et emendationem
» viarum publicarum ac hospitalia omni tempore promovebo et of-
» fitium Judicatus exercebo fideliter non attendendo munera odium
» vel amorem personarum. Sic me deus adjuvet et S. dei Evan-
» gelia. »

Decernentes et hoc imperiali edicto statuentes quod Tabelliones seu Judices creati per vos facti et instituti modo quo premittitur, postquam Juramenta predicta prestiterint offitia sua valeant ubique locorum absque impedimento quolibet exercere et operationes eorum vim habent omnimodam et vigorem. — Preterea auctoritate Imperiali damus concedimus et largimur tibi et heredibus tuis sexus ut premittitur masculini, quod legittimari possitis bastardos mamzeres nothos spurios et alios quoslibet ex illicito et inconcesso seu damnato coitu procreatos: et in vita seu morte parentum ipsosque et eorum quemlibet ad legitimam reducere et omnem ab eis tollere maculam male geniture ut offitiis quibuscumque preesse maleant, et ad actus singulos publicos et privatos admitti ad instar aliorum qui sunt de legitimo matrimonio derivati (natis Illustrium Principum, Comitum, Baronum Nobilium dumtaxat exceptis) et quod virtute legitimationis hujusmodi in testamentis et ab intestato ad equales succedant cum legitimis portiones non obstantibus legibus imperialibus seu constitutionibus quibuscumque.

Quibus omnibus si et in quantum presenti nostre largitioni adversari censentur per omnia derogamus etiam si de iis jure vel consuetudine deberet in presentibus fieri mentio spetialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre creationis factionis ordinationis decreti statuti concessionis derogationis et gratiae paginam infringere aut in quovis ausu temerario contravenire sub pena indignationis nostre gravissima et centum marcarum auri purissimi quas contrafacientes toties quoties contrafactum fuerit ipso facto se noverint irremissibiliter incursuros quorum medictatem imperialis erarii, reliquam vero injuriam passorum usibus decernimus applicari.

Signum Serenissimi Principis invictissimi et gloriosissimi

domini d.ni Caroli Quarti Romanorum Impe. Bohemie Regis.

Testes hujus rei sunt venerabiles Johannes Olmoyen Sacre Imperialis Aule Cancellarius. — Pelleus Paduanensis. — Aldromus Mulinensis Ecclesiarum Episcopi. — Illustres Fredericus comes Palatinus. — Henricus Bavarie. — Rupertus Liquicen. — Nicolaus Moravie et Henricus Lituanie duces. — Voigelonus Misuensis Johan. dictus Zobislaus Nicolaus et Ugo fratres Estenses Marchiones. — Spectabiles Burgardus Berlachus de Mauson. — Uldericus Lautgravius Lanteburgen. et comes. — Nobiles Timon de Goldie. — Andreas de Duba. — Petrus Voaytemberg. Imperialis Camere Mr. — Henricus Advocatus de planima. — Malatesta Ungarus. — Raymundus et Bonifacius de Lupis et alii quam plures nostri et sacri palatii nobiles et fideles presentium sub Imperialis Majestatis nostre sigillo testimonio literarum.

Datum Mutine anno millesimo tercentesimo sexagesimo octavo — Indict. sexta — Octavo Calendas septembris — Regnorum nostrorum anno Romanorum vigesimo tertio et Bohemie vigesimo secundo Imperii vero vigesimo quarto, subscriptum in calce ad manus Olani Episcopi cancellar. Petrus Scholasticus Lubicen. et a tergo Goes Luce cum sigillo pendenti cum cordula sericei coloris.

Concordat presens copia cum alia inserta in instrumento legitimationis n. q. Adam filii illegittimi et naturalis q. mag. d. Christophori de Tinctis f. q. d. Lancellotti Civis Cremonensis facte per n. q. Mag. d. Co. Palatinum Christophorum de Cropellis de Soncino rog. per q. Spect. d. Jo. Jacobum Covum Notarium die 11 aprilis 1575.

Ex Protocollis Jo. Bapt. Masani Soncini Notarii. — Apud nob. J. C. Angelerium Cropellum servat.

Archivio Gussalli. — *Mon. Soncini.* Vol. I, fol. 164 a tergo.

52.

1373, 11 Luglio.

Pietro figlio di Andelmaro Covo dona alla Chiesa di S. Giacomo un piccolo fondo situato ai Barcoli.

Exemplum instrumenti rogati per venerabilem virum dominum Guglielmum de Trescoro, olim capelanum altaris sancti Antonii siti in Ecclesia S. Martini notar. publ. et pubb. person .....

MCCCLXXIII. Indict. XI. die undecima mensis Juli. In Sonzino. Sub porticu Petri de Blanchis et in presencia domini Petri....... dicti Petri de Blanchis, Tonini (o Tome) de Obicis, Zane de Cu-

megnano, Zampetri pictore, et Zumberlino de Tricis, omnibus de Sonzino testibus ......

Ibique Spectabilis et Egregius vir dominus Petrus filius quondam domini Andelmarii de Covo de Soncino, sponte et certa scentia ... fecit donationem inter vivos, et irrevocabilem ...... et que donatio nulla in gratitudine, nullaque offensione, nullaque malignitate, vel adventum aliq. revocari possit ......

In Vener. vir. dom. dom. Joh. de Grumellis de Soncino presbit. et Rect. Ecclesie S. Jacobi de Sonzino, et in Andriolum dictum Schrutum, Consulem dict. Ecc. S. Jacob. .....

Nominative de una petia terre arat. vidat. pert. novem plus vel minus, jacente in Barcolis (1) territorii Soncini cui coheret a mane...... a meridie via, a sero aqua valarii sive morticii, aut monticii, a monte Belusius de Papis ...... que terra redit de ficto ad fictum livelatum omni anno in perpetuum, in festo S. Martini solid. sexdecim imper. et caponem unum pulcrum.

Pro qua donatione ibi dictus dominus Petrus donator ut supra fuit confessus, contentus et manifestus pro remuneratione et Launachil donatum se habuisse et recepisse a dicto d.no Johanne et Andriolo dicto Schruto dantibus et solventibus nomine et vice dicte Ecclesie S. Jacobi unum par Zubretorum a portatu ipsi dni Petri donatoris .... cum hiis pactis et conventionibus ..... que .... ipse dom. Joh. de Grumellis presb. .... promisit et promittit per se, tantum postea per successoribus suis in quantum potuit et potest omni anno in perpetuum celebrare unam missam pro anima quondam domini Jacobi dicti Zuchoti fr. dicti domini Petri donat. ante festum S. Jacobi supr. ac pulsare vel pulsari facere suum annuale, et unam aliam missam pro anima quondam domine Iride ux. dicti Jacobi, post festum S. Jacobi et pulsare suum annuale ut supra. ....

MCCCLXXXXV. Indictione IV, die XXVII mensis Februarii. — In Soncino super palacium Comunis Soncini coram spectab. civ. dom. Anton. de Rossis potestat. Soncini, et etiam coram Andelmin. de Branchazottis ejus vicar. et in presencia nobil. vir. domin. Filiberti de Barbobus, Petri de Fondulis, Bonini de Morris, et Jacobi de Fondulis ad hoc vocatis. — Ego dom. Johannes de Grumellis de Sonzino presbiter et Rect. Eccl. S. Jacob. de Sonc. Imperiali

(1) La denominazione generica di *Barcoli* comprendeva anticamente le località ove più tardi sorsero la cascina del Bosco dei PP. di S. Giacomo, ed altre nelle vicinanze della Campagna.

auctoritate not. pub. de licentia et parabula supr. domini potestatis et ejus vicarii supr. cart. rog. et fact. . . . .

Arch. di S. Fedele. — Pergamene del Convento di S. Giacomo.

53.

1374, 8 Agosto.

Cessione dell'appalto del porto d'Oglio.

Anno dominice incarnationis, millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima, die octavo mensis augusti, in burgo mane Soncini, presentibus Mora de Obicis, Obicino de Fenariis, Ghidino Tomaxia, et Polino Valesela omnibus de Soncino testibus ad hec vocatis notis, rogatis.

Ibique Cheminus dictus el Truchazanus de Cheffis de Soncino, conductor datii portus Olii comunis Soncini, ut asserit, nomine vendicionis, investivit Zambonum filium quondam Pecini de Rechagno et Girardum filium quondam Rechagni de Rechagno, ambos de Soncino presentes et stipulantes pro se se et eorum heredibus hinc ad quatuor annos proxime futuros incipiendos in challendas mensis septembris proxime futuri et finiendos die ultimo mensis septembris, transactis dictis quatuor annis de datio portus Olii predicti, et de omnibus juribus spectantibus et pertinentibus in dicto datio et portu navibus dicti portus et castelli qui est ibi secus et de omnibus juribus sibi pertinentibus occasione dicti .portus navibus et castelli predictis. — Item pacto quod ipse Zambonus et Girardus teneantur et debeant atque promisserunt dare et solvere communi Soncini, seu massario dicti comunis, nomine et vice dicti comunis recipienti, singulo mense ad diem vigesimam quartam cujuslibet mensis dicti termini videlicet annorum quatuor, libras octo et dimidiam Imperialium. — Item quod dicti Zambonus et Girardus et quilibet eorum in solidum promisserunt et per stipulacionem promisserunt dare dicto Chemino bonos fidejussores de conservando eum et ejus heredes indempnes occaxione dicti datii et dicti portus et dependentium ex eo, et hoc sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et sub pena omnis dampni petiti et omnium expensarum exinde habiti et habitarum. Ita et taliter quod de cetero dicti investiti et eorum heredes et cui vel quibus darent dicta jura et dictum datium usque ad dictum terminum habeant teneant gaudeant et possideant et de eo fatiant et facere possint quicquid inde facta voluerint sine contradictione alicujus persone, salva semper proprie-

tate dicti datii, et in super dictus conductor dedit instulit atque mandavit dictis investitis omnia jura omnesque actiones et rationes vel reales et personales, civiles et naturales, utiles et directas, mixtas et ipothecarias, que et quas ipse conductor habebat et habet in dicto communi in suprascripto datio et etiam que et quas habebat et habet ipse conductor in dicto portu navibus et castello, aut sibi modo vel jure et titulo aliquo competebant et competere poterent tam in rem quam in personam et res eorum nomine vel occaxione tenutam et possessionem si quam habebat ipse Cheminus in dictis portu, navibus, castello et datio, eam eis dedit et confirmavit, et fecit eos procuratores ut in res suas proprias, salvo jure proprietatis ut supra, et constituit pro eis possessorem de dicto datio, et dictis portu, navibus et castello, et promisit ipse Cheminus per se et ejus heredes dictis Zambono et Girardo stipulantibus defendere et manutenere dictum datium usque ad dictum terminum suis propriis expensis a quacumque persona, comuni, collegio, corpore et sub pena dupli omnis dampni petiti et omnium expensarum et interesse et sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, et predicta omnia et singula predicte partes attendere et observare sibi invice et vicissim promiserunt obligando omnia eorum bona pignori presentia et futura de quibus una pars alteri, altera alteri obligavit omnia sua presentia et futura.

Ego Constantinus de Coduris de Soncino, notarius publicus Imperiali auctoritate constitutus, hiis omnibus interfui, et rogatus hanc chartam scripsi.

Archivio di S. Fedele. — Fiume Oglio.

54.

1382, 17 Maggio.

Sentenza del Podestà che condanna Asenino de' Fonduli a restituire ad Ambrogio de' Rangoni li novanta fiorini d'oro che questi gli aveva dati in deposito.

Reperitur hoc fore et esse scriptum in quodam libro . . . . . et causarum civilium mei Constantii de Coduris de Sonzino notarii ad banchum juris Communis Sonzini, facto tempore regiminis Nob. viri d.ni Aloisii de Vistarino de Laude, honor. Potestatis Sonzini et existente tunc ejusdem Judice et Vicario Sap. viro d.no Johan. de Bondonas de Mutina, curentibus annis D. N. J. C. MCCCLXXXII.

MCCCLXXXII Indict. quinta, die Sabato XVII, mensis Madii in horis tertiarum debita . . . .

Nos Joh. de Bondonas de Mutina Iurisperitus ac Judex et Vicarius nobil. viri d.ni Aloisii de Vistarino honor. potest. Sonzini pro tribunali sedente ad solitum banchum Juris super palacio Communis Sonzini cognit . . . . . et dec . . . . questionis coram nobis . . . . . inter Ambroxium de Rangonibus de Sonzino actorem ex parte una, et Aseninum q. p. . . . . . de Fondulis de Sonzino . . . . ex altera, in qua questione porrecta sunt coram nobis quedam peticio per d. Ambroxium contra et ad . . . . . d. Aseninum in q. . . . . in effectu continet q. . . . . ipse Ambroxius egit significavit et exposuit coram nobis . . . . Aseninus et Pecinus q. d. G.ulli de Fondulis de Sonzino et quilibet eorum in solidum ad instanciam et peticionem dicti Ambroxii . . . . fuerunt confessi et manifesti sese habuisse et recepisse in deposito et guberno et nomine depositi et gubernii ab ipso Ambroxio stipulante florenos nonaginta auri boni et justi ponderis et quos florenos ipse Pecinus et Aseninus in solidum ut supra dare solvere et restituere proviserunt et convenerunt dicto Ambroxio ad . . . . . . tunc . . . . . fact . . . . . et jamdiu elapsum cum omni . . . . expens . . . . . et interesse et quod ipsi Pecinus et Aseninus in solidum ut supra dare solvere etc. . . . . . . Item dicit ipse Ambroxius . . . . . et petit . . . . a vobis prefato d.no Vicario ut vobis placeat . . . . . et velit pred. Aseninum condemnare . . . . compellere . . . ad sòlvendum . . . . dicto Ambroxio . . . . dictos florenos nonaginta auri . . . . . et viso et lecto justic . . . . de debito de quo supra fit mencio et omnibus . . . . . . actis et agitatis in dicta questione et per dict. Aseninus non compar . . . . responsurus nec contradict . . . . . in predict . . . . sequnt . . . . . . forma Juris doctorum et ordinum Communis Sonzini et super predictis omnibus et singulis matura et diligenti deliberatione perabita, Christi nomine invocato, pro tribunali sedente ad solitum banchum juris super palacium dicti Communis per hanc nostram sentenciam definitivam, condemnamus pred. Aseninum de Fondulis ad dandum et solvendum et quod dedisse et solvisse debeat pred Ambroxio Rangono flor. nonaginta auri boni justi ponderis et valoris solidorum triginta duorum de quibus florenis in dicta peticione et instrumento pred. fit mentio, hinc ad decem dies prox. futur. et victum victor . . . . . condempnamus in expensis per ipsum Ambroxium in dicta licte factis, quas taxamus in sol. quinquaginta septem . . . . pro qualibet floreno . . . . . Lata et data fuit suprascripta sentencia in hiis . . . . . script . . . . . . per suprad. dom. Vicarium pro tribunali sedente ut supra et lecta et publicata fuit

per me Constancium de Coduris, notarium ad banchum juris Soncini de mandato dicti d.ni Vicarii MCCCLXXXII. Indict. quinta die decimo septimo mensis Madii et . . . . presente et instante supr. Ambroxio et absente d. Asenino tamen ad hanc . . . citat . . . . . . et presentibus Johane de Barbobus, Ghidino de Melio, et Fedrighino de Cavaciis, testibus ad pred. vocatis et rogatis.

✝ Ego Constancius de Coduris de Sonzino Notarius ad banchum Juris Communis Sonzini predicta omnia et singula supr. scripsi et extraxi de dicto libro bona fide et sine fraude et nil adito vel diminuito quod sensum mutet . . . . . et ad confirm . . . . . pred. me supcripsi et signum consuetum apposui.

Archivio Pezzani. — Pergamene.

55.

1385, 26 Novembre.

Investiture d'affitto di beni del Capitolo della Pieve.

Reperitur in quodam libro Imbreviaturarum et Instromentorum, rogatarum et rogatorum per quondam D. Johanin. de Barbobus, Olim Soncini notarium, incepto sub. 1342. Indict. XI, inter cetera sic fore scriptum ut infra videlicet.

MCCCLXXXV. Indictione IX.

Millesimo et Indictione suprascriptis die vigesimo sexto novembris, in Soncino. — In Caminata infrascripti d. Archipresbiteri, presentibus Antoniolo de Ysse, Bertolino de Blanchis, et Ziliolo de Bottis, omnibus de Soncino, testibus vocatis et rogatis.

Ibi d. p. Marchus de Barbobus, Archipresbiter Plebis d. S. Marie de Soncino, et p. Petrus de Barbobus, et p. Jo. de Arpolino Canonici prebendarj ejusdem Plebis, et Jo. Philippus et Antonius de Barbobus Canonici dicte Plebis.

Investiverunt locationis nomine Petrum filium q. Jacomi de Ysse de Soncino de quadam petia terre aratorie vidate et prative, jacente in territorio Soncini ibi ubi dicitur Campagnola illorum de Yssè, que fuit quondam Ottini de Yssè et nunc juris dicte Plebis, perticarum XXII, vel circa ut ibi fuit dictum, cui coheret a mane et a meridie via, a sero et a monte Jo. de Grumellis et de una hora et uno quarterio de aqua Coste omni die . . . . ad fictum reddendum annuatim usque ad novem annos proxime futuros fictum infrascriptum in termino infrascripto eisdem Archipresbitero et Canonicis nomine et vice dicte Plebis . . . . Ad hoc ut ipse Petrus habeat, teneat et possideat dictam terram et aquam

etc. dantes et cedentes ei omnia jura et actiones . . . . Et quia ipse Petrus promisit dare et solvere predictis . . . . singulo anno . . . . . in festo Nativitatis domini . . . . . . Soldos quatuordecim Imperialium . . . . . pro qualibet pertica, ac ipsam terram et aquam in fine termini restituere et relaxare melioratam et non pejoratam eisdem Archipresbitero et Canonicis, que omnia et singula supradicta promiserunt vicissim etc. obligantes sese et sua bona et dicte Plebis presentia et futura pignori etc. renuntiando etc. . . . . .

Archivio dell'Arciprete della Pieve.

56.

1389, 31 Maggio.

Pietro Covo del fu Andelmaro fonda nella Chiesa di San Giacomo il beneficio della natività di M. V.

Anno dom. incarn. millesimo tercentesimo octuagesimo nono, die ultima mensis Madii. — In Soncino, in porta S. Martini, sub porticu mei Pecini de Blanchis notarii infrascripti — presentibus domino Presb. Johanne de Grumello de Soncino, Rect. infr. Eccl. S. Jacobi. — d. Franceschino de Melio jurisperito, duxino de Moris, Paganine de Barbois, Barligo de Pavaris, Tonino Scalietta de Soncino, Fachino dicto Gobbo de Quarenghis, et Johanne Zampietro pictore, ambobus habitatoribus de Soncino, omnibus testibus etc.

Ibique Nobilis et egregius vir dominus Petrus filius q.m domini Andelmari de Covo de Soncino habitator porte S. Martini . . . . . confitendo se majorem esse etatis annorum quinquaginta et plurium . . . . . . volens et intendens facere construi et edificari, ac promittens per se et suos heredes facere construere et edificare quamdam capellam et altare in Ecclesia S. Jacobi de Soncino, sita in porta subtus Soncini ad honorem et reverentiam et sub vocabulo Nativitatis B. V. M. que est semper octava die intrante mense septembris ut ibi possint Missarum officia divina celebrari: In dotem et dotis nomine altaris et capelle predicte facit et assignat. . . . .

Nominative de una petia terre, casate, cupate et molendinate cum cascatis, aquis, molis, polpedis, juribus et servitutibus eidem petie terre et molendino spect. et pert. quomodocumque: que petia terre et molendinum est et jacet in porta mane Castri Soncini, intus Castrum. — Cui coheret a mane ed a meridie via, a sero et a monte de Claraschis.

Item de una alia petia terre hortive jacentis in Burgo subtus Soncini, super circha tabularum trium. — Coheret a mane ipse dominus Petrus, a meridie ipse dominus Petrus, a sero Bartolomeus de Mathalia, a monte via.

Item de una alia petia terre aratorie, prative et vidate, et partim lamive jacentis in curte Isenghi, ubi dicitur ad Bellonam territorii Soncini perticarum quinquaginta vel quantacumque sit: cui coheret a mane heres Antonioli de Cavallis, et in parte heres Rangonini de Rangonibus, a meridie Bertolinus et fratres de Premolo, a sero Thedoldus Rantherius, et in parte via, a monte via.

Item de una alia petia terre aratorie et vidate, jacentis ibi apud perticarum trium, vel quantacumque sit: coheret a mane et a monte Andriolus de Sancto Petro, a meridie et a sero heres Antonioli de Cavallis . . . . . .

. . . . . . Item de horis quatuor aque Cagalucini lectuli a mane parte, omni septimana prout dividitur inter consortes . . . . . cum omnibus dugalibus, sortiis, ripis, fontanis, etc. . . . . .

Et predictum datum in dotem ut supra . . . . conditionibus infrascriptis . . . .

Quod jus patronatus Capelle, altaris et benefitii spectet et pertineat ac spectare . . . . . debeat . . . . — Et post mortem dicti domini Petri dotatoris heredes ejus masculi tantum succedant in toto jure dicti patronatus . . . . . . Et post mortem dictorum ejus heredum masculorum dictum jus patronatus transeat, perveniat . . . . in proximiores parentes masculos et non in feminas dictorum heredum dicti domini Petri dotatoris in stirpes et non in capita . . . .

Item quod dictus presbiter presentatus teneatur et astrictus sit et esse debeat dicere et celebrare singula die missam in dicta Ecclesia S. Jacobi, ad dictum altare. — Et ibi in dicta Ecclesia die nocte assiduam residentiam facere, et alia divina officia cum reverentia dicere et celebrare ac cantare in cantu et verbis cum domino presbitero dicte Ecclesie Sancti Jacobi, et etiam ipso presbitero absente singulis diebus et noctibus prout et consuetudo postulat . . . .

Item decrevit et voluit quod in signum et recognitionem ac honorem juris patronatus dicti altaris et capelle seu beneficii, dictus Presbiter presentatus reddat, solvat ac reddere teneatur et debeat dicto Patrono presenti et Patronis qui pro temporibus erunt prout supra, singulo anno in festo Nativitatis Beate Virginis Marie sub cujus vocabulo dictum altare constructum et dotatum est, Cereum unum

magnum ponderis librarum quatuor Cere, ipsumque presentare ad domum dicti Patroni presentis et Patronorum qui pro temporibus erunt ut supra . . . .

✝ Ego Franciscus de Schanciis de Soncino notarius pub. Imper. Auct. constitutus, suprascriptum instrumentum dotis seu dotationis suprascripte Capelle Nobilium de Covo de Soncino, extraxi . . . . a suis propriis originalibus cujusdam libri imbreviaturarum quondam Pecini de Blanchis notarii defuncti de Soncino, et in suprascriptam formam reduxi . . . . etc. etc.

✝ Ego Johannes ex Comitibus de Covo q. d. Jacobi de Soncino Notarius . . . . . etc. etc.

Archivio di S. Fedele. — Pergamene di S. Giacomo.

57.

1396, Febbrajo.

Inventario dei beni del Consorzio di Santa Maria.

1396, Febbrajo. — Il seguente Inventario dei beni del Consorzio dello Spirito Santo, ora chiamato il Consorzio di Santa Maria di Soncino, fu fatto da Frà Ambrogio Pencardi e da Frà Bertolino Muchetti, essendo l'anno suddetto Rettori di detto Consorzio, estratto dalli medesimi da un certo libro di papiro, scritto per mano di Bonomo Orlendi Notaro di Soncino e di detto Consorzio l'anno 1349, nel regimento di Frà Antelmo de la Pila, in quel tempo Ministro di detto Consorzio; quali beni sono li seguenti, pervenuti al medesimo in diversi tempi, e per diverse cause e motivi.

Primieramente una pezza di terra casata e cortiva, posta in Soncino nella Porta di Mattina, e vicina alla Chiesa Maggiore di Santa Maria di Soncino, confina a mattina Guizzardo Grumelli, a mezzo giorno il suddetto Consorzio, a sera la strada, e a monte Ghidino Gabiati: qual casa fu comprata da Graziolo Moro, come per istrumento rogato da Giovanni Pavari l'anno 1362.

Item un altra pezza di terra casata e cortiva, posta come sopra in detta Porta, ed annessa alla suddetta casa confina a mattina, e a mezzogiorno Guizzardo Grumelli, a sera le strade, e a monte detto Consorzio; quale pezza di terra fu permutata con un' altra pezza di terra casata, posta nella Porta di sotto di Soncino, confina a mezzogiorno la strada, a mattina li Sabelli, a sera li Carazoli, e a monte Androna, qual pezza di terra fu lasciata al detto Consorzio da Ambrosino Ranzenigo di Soncino, con condizione, che non si

potesse vendere nè alienare ad alcuno, che non rendesse e dasse il frutto di detta casa ogni anno in perpetuo al suddetto Consorzio, come consta dal testamento rogato l'anno 1362, da Pecino Gaibani Notaro di Soncino; qual casa fu cambiata con Domenico Croppello, del quale era la suddetta casa, posta nella Porta di mattina come sopra, e ciò fece il detto Consorzio colla soprascritta condizione.

Item una pezza di terra casata e molendinata, posta nel Borgo della Porta di sotto di Soncino nell'acqua delle Bine, confina a mattina Tonino Toso e li Rangoni, a mezzogiorno li Cropelli, a monte la strada, e a sera Tommaso Garzoni e li Bianchi, con mole e fornimenti di due ruote, del qual molino la terza parte fu al detto Consorzio lasciata da Paolo Gaibani, come dal suo testamento rogato l'anno 1300 da Bonomo Orlendi Notaro di Soncino.

Item l'ottava parte di un Molino, posto nell'acqua delle Bine nel Borgo di sera del Castello di Soncino, confina a mattina verso il Castello di Soncino a mezzogiorno Peretto Gisalba, a sera li Croppelli e a monte la strada, qual parte di molino fu al detto Consorzio lasciata da Bertolino Bianchi figlio del quondam Mainiero, come consta dal suo testamento rogato l'anno 1321 alli 5 di aprile, da Zanino Viola Notaro di Soncino.

Item la quarta parte del soprascritto Molino, oltre la già detta ottava parte, posta e coerenziata come sopra; qual quarta parte fu dal detto Consorzio controcambiata con Bertolino Savi con una metà di pertiche 9 di terra, posta a Santo Asandro, confinan a mattina li Caucci, a mezzogiorno la Chiesa di San Bartolomeo d'Isengo, a sera detti Caucci, e a monte li Bellesi. E detta terra fu al detto Consorzio lasciata da Giovannino Savi figlio del quondam Tolomeo, con condizione, che nè detta terra, nè detto molino come sopra permutato, non si potessero mai vendere, nè alienare, nè impegnare ad alcuno, che non rendesse detta terra ogni anno soldi dieci imperiali per cadauna pertica a detto Consorzio, come appare del testamento del suddetto Giovannino, rogato l'anno 1350 da Giovanni Pavaro Notaro di Soncino; e dall'istrumento di detta permuta, rogato dal suddetto Pavaro l'anno suddetto.

Item la quarta parte di un altro molino, posto nella Porta di sotto del Castello di Soncino, nella contrada di S. Catterina nell'acqua della Mormora, confinano a mattina gli Eredi di Gasparino Masano, a mezzogiorno il Terraglio del Castello, a sera li Tassoni ed a monte la strada. Qual quarta parte fu al detto Consorzio lasciata da Guizino Guarguanti, del quale il detto Consorzio fu erede per una terza parte di tutti i di lui beni, come appare dal di lui testamento, rogato l'anno 1362 da Graziolo Bari Notaro

Item una pezza di terra aratoria e prativa di pertiche . . . . . . posta nella Mosa vicino al borgo di mattina, confina a mattina la Chiesa di San Pietro in parte, ed in parte gli Eredi di Graziolo Moro, a mezzogiorno li Coduri, a sera gli Eredi di Fachino Obici, ed a monte il Fossato del Borgo. Qual pezza di terra fu lasciata al detto Consorzio da Rodolfo Andrachi, con condizione, che detta terra dovesse rendere ogni anno in perpetuo nella Festa di San Martino lire tre imperiali al suddetto Consorzio, come appare dal testamento del suddetto Rodolfo, rogato l'anno 1295 alli 3 di settembre da Adamo Andrachi Notaro. Le suddette lire tre si pagavano ogni anno al detto Consorzio da Pecino e da Gregorio Cenati, come Eredi del suddetto Rodolfo. Di poi, al detto Pecino successe Giacomina sua figlia per una metà; e gli Eredi di Andriolo Cenati figlio del soprascritto quondam Gregorio Cenati successero per l'altra metà.

Item Alberto Canale donò al detto Consorzio soldi 20 imperiali, da darglisi ogni anno in perpetuo nella Festa del Natale di nostro Signore Gesù Cristo dalli di lui Eredi: ed in osservanza ed adempimento di ciò obligò al medesimo Consorzio mezz'ora d'acqua dell'acqua della Costa ogni giorno di Domenica per indiviso dall'aurora di detto giorno sino all'aurora del Lunedì; con condizione, che la detta acqua non si potesse alienare, ne ipotecare ad alcuno, che non dasse ogni anno al detto Consorzio li suddetti soldi 20 imperiali, come sopra donati, come si contiene in un istrumento, rogato l'anno 1306 alli 30 di Novembre da Basone Croppelli Notaro di Soncino, estratto da detto Notaro dalle Imbreviature di Grumello Cenate Notaro defunto, e l'acqua suddetta era affittata a Don Marco Barbò Arciprete della Pieve di Soncino.

Item Reco Croppelli lasciò al suddetto Consorzio in perpetuo la terza parte di tutti i frutti provenienti da una sua pezza di terra di pertiche 3 e tavole 6 posta nella Corte di Bevenengo al fossato secco, confina a mattina, a sera ed a monte la strada, e a mezzogiorno Zacco Palazzi, come per istromento rogato l'anno 1324 alli 3 di Marzo da Pecino Sabli Notaro. Qual terra si teneva ad affitto dagli Eredi di Aldrico Marni.

Item Negro Marchi, overo Abrancadora lasciò al sudetto Consorzio ogni anno in perpetuo nella festa della Natività di Nostro Signore Giesu Cristo soldi 2 imperiali; ed in adempimento di detto legato ipotecò al medesimo Consorzio tutti i suoi beni, come si contiene nel di lui testamento, rogato l'anno 1333 alli 25 di Novembre da Zanino Viola Notaro.

Item Frà Migliorato lasciò al detto Consorzio ogni anno in per-

petuo nella festa di San Martino soldi 2 imperiali; ed in adempimento di detto legato obligò al suddetto Consorzio una sua pezza di terra sedumiva, posta nel borgo della Porta di Mattina di Soncino, confina a mattina il fosso del borgo, ed ora Pietro e Giacomo Zanebelli, a sera la strada, e a monte gli Eredi di Bugato Comendoni: qual teneva ad affitto Mafezole Botti, detto Scavetino, dipoi Pezolo Chizoli, al quale successero li sudetti Pietro e Giacomo Zanebelli, i quali pagano il detto fitto.

Item Guglielmo Lanzoni Ministro della Congregazione delli Battuti di Soncino, col consenso di tutti i Battuti di detta Congregazione, donò al sudetto Consorzio una casa coperta, e con corte, posta nella Porta di Sera del Castello di Soncino, confina a mattina Pietro Covi, a mezzogiorno la strada, a sera gli Eredi di Comino Bressa, e a monte il fossato vecchio, come consta per istrumento, rogato l'anno 1343 alli 30 di Giugno da Giovannino Bari Notaro di Soncino; con condizione, che detti Battuti possino solamente abitare detta casa in occasione da farsi la disciplina, e non altrimente.

Item una pezza di terra sedumata, ed ortiva, posta nel Borgo di Porta di Mattina di Soncino, confina a mattina Gidino Cheffi, a mezzogiorno gli Eredi di Guido Oldi, a sera in parte il Fossato del Castello, ed in parte gli Eredi di Filetto Betti, e a monte gli Eredi di detto Guido Oldi, e detta pezza di terra si teneva ad affitto dal suddetto Guido Oldi, e pagava ogni anno nella Festa di S. Martino soldi 2 imperiali al sudetto Consorzio, come per scrittura fatta da Bonomo Orlendi Notaro di Soncino l'anno 1377: all'ultimo di Febrajo. E poi fu affittata per lo stesso fitto agli eredi del sudetto Oldi. E la sudetta pezza di terra fù anticamente di Bettino Tomavia, e poi lasciata ad suddetto Consorzio.

Item Bettino Coduro figlio del quondam Lafranco lasciò al detto Consorzio una pezza di terra aratoria e chiosata di pertiche . . . . posta alla Fontana di San Pietro, o sia alla strada del Soltello, confina à mattina, ed a monte la strada, à mezzogiorno la Pieve di Santa Maria di Soncino, e a sera gli Eredi di Giovanni Pizzi, con patto e condizione, che chi per l'avenire possederà detta pezza di terra, sia tenuto a dare ogni anno in perpetuo nella Festa di San Martino al detto consorzio una soma di moltura, cioè di miglio e segale, ridotta in pane cotto, e alla misura di Soncino, e che detta terra non si possa vendere, ne alienare senza la detta condizione, come appare dal testamento di detto Bettino, rogato l'anno 1350: al primo di Novembre da Giovannino Coduro Notaro di Soncino.

Item Bettino de la Lama figlio del quondam Tedoldo deve dare

ogni anno in perpetuo nella Festa di San Martino, come erede di Riccadonna sua madre, soldi 5: imperiali al detto Consorzio per fitto di una pezza di terra casata, e coperta, posta nella Porta di San Martino, confina a mattina la Seriola del Castello, a mezzogioruo Bertolino Otebono, a monte la strada, e a sera la detta Seriola. Qual pezza di terra fu permutata con un'altra pezza di terra aratoria e vidata di pertiche . . . . posta nella Corte d'Isengo, confina da due parti la strada, e dall'altra gli Eredi di Cavretto Delfini; con condizione, che non pagando per un certo determinato tempo detta Riccadonna li suddetti soldi 5: imperiali: la detta pezza di terra dovesse ricadere al detto Consorzio, come per istrumento rogato l'anno 1313: alli 15 di Maggio da Bonomo Sabli Notaro di Soncino.

Item David Seva lasciò al sudetto Consorzio pertiche 4 di terra aratoria, posta sopra i Dossi del territorio di Soncino, ove si dice al Bolego, confinano a mattina gli Eredi di Zigliano Chiarasco, a mezzogiorno li Feramoli, a sera, e a monte la strada, con condizione, che detta terra non si potesse mai vendere ad alcuno, che non rendesse ogni anno in perpetuo al detto Consorzio la terza parte dei frutti di detta terra. Item lasciò al detto Consorzio la metà di pertiche 2 di terra, poste nella Mosa di Porta di Sotto, confinano a mattina gli Eredi di Giacomino Landoni, a mezzogiorno li Cavalli, a monte il dugale di Sonzinello Prumi. Item lasciò al detto Consorzio la metà di pertiche 6 di terra aratoria poste nella Selvamaggiore, confina a mattina Giovannino Cavazzi, a monte e a sera la strada, e a mezzogiorno gli eredi di Ninotto Seva: con patto che detto Consorzio dovesse solamente conseguire li sudetti due ultimi legati dopo la morte di Fiorina, detta Alluca, figlia del quondam sudetto Ninotto eluca. Quali beni furono al detto David lasciati dal detto Ninotto suo zio nel suo testamento rogato l'anno 1362, alli 3 di Agosto da Pierino Gajbani, come più diffusamente consta dal testamento di detto David, rogato l'anno 1362 alli 27 di Agosto da Domenico Gambacci Notaro di Soncino, e sottoscritto da Bonomo Orlendi.

Item una pezza di terra aratoria e prativa di pertiche 15: posta al Gazolo, confinano da tutte le parti gli Eredi di Federico Croppelli: qual terra fu lasciata al detto Consorzio da Maria moglie del quondam Pietro Croppelli, come consta dal di lei testamento, rogato l'anno 1311, alli 8 di Ottobre da Bonomo Sabli; con agravio a chiunque possederà detta terra, di dare ogni anno in perpetuo nella Festa di San Martino al detto Consorzio lire 2 e soldi 10 imperiali per fitto di detta terra; e ciò in rimedio della di lei anima, e dei suoi defunti. La sudetta terra anticamente si possedeva dagli Eredi

di Belfiore Chiarasco; di poi pervenne in . . . . Cenate, e poscia in detto Federico Croppelli, e finalmente negli Eredi del sudetto Federico Croppelli.

Item una pezza di terra aratoria di pertiche 4: posta sopra i Dossi del territorio di Soncino, confina a mattina il Consorzio di Frà Fasio de la Barba, a mezzogiorno gli Eredi di Pecino Ferrari, a sera Bonomo della Nova: quale fu dal quondam Astolfo Muchi, e tiene ad affitto Montino Gatti per soldi 18 imperiali; col qual denaro è tenuto detto Consorzio comprare un cereo del valore di soldi 16 ed offerirlo ogni anno in perpetuo alla Chiesa di Santa Maria di Soncino nel giorno della Natività del Signore, ò vero nel giorno di Pasqua di Risurrezione.

Item la metà per indiviso di pertiche 4 di terra aratoria, posta sopra i Dossi, confina a mattina Mafeo Gisalba, a mezzogiorno Mafzolo Teici, e a sera gli Eredi di Martino Dindola: quale fu del sudetto Astolfo Muchi.

Item il Comune di Soncino è tenuto dare al detto Consorzio ogni anno in perpetuo nella Festa della Natività di nostro Signor Giesù Cristo soldi 20 imperiali, come appare dal Libro delli Statuti di detto Comune nel Statuto posto sotto la Rubrica De Elemosinis fiendis Fratribus minoribus, praedicatoribus, et Heremitanis, et Consortio Dominæ Sanctæ Mariæ de Sonzino

Item l'Erede di Gasparino Chiarasco deve dare ogni anno in perpetuo al detto Consorzio due some di Moltura, cioè di miglio e segale alla misura di Soncino, ridotta in pane cotto; ed in sodisfazione di detto legato obligò una pezza di terra aratoria e prativa di pertiche 9, ed un mezzo terziero d'acqua delle Bine per indiviso dai vespri fino al tramontar del sole, e dal tramontar del sole sino al mattutino, a qual pezza di terra confinano a mattina li Ziati, a mezzogiorno li Eredi di Lazzaro Covi, a monte e a sera la Viazola: con condizione che chi possederà detta pezza di terra ed acqua, sia tenuto dare ogni anno al detto Consorzio la sudetta Moltura ridotta in pane come sopra, come consta dal testamento di detto Gasparino rogato l'anno 1350, al primo di Novembre da Giovannino Coduro.

Item Venturino Mantegazzi in occorrenza, che Giacomino figlio del quondam Armanello Mantegazzi, detto Madessa, morisse senza figli legitimi, e naturali, lasciò al detto Consorzio pertiche 6 di terra, poste nella contrada di Fonteno, confina a mattina la strada, a mezzogiorno gli Eredi del quondam Pezzo Ferri, a monte la strada vicinale, e a sera gli Eredi del quondam Ferro Teici. Item lasciò

al medesimo pertiche 3 di terra aratoria, posta a Riva Ferrara, confina a mattina la strada, e a mezzogiorno gli Eredi di Salvatore Cavazzi, come appare dal suo testamento, rogato l'anno 1342, alli 19 di agosto da Domenico Gambacci Notaro.

Item Tonino Scajetta, figlio del quondam Castello lasciò al detto Consorzio lire 50 imperiali, da darglisi dopo la di lui morte dagli Eredi. Item lasciò al sudetto Consorzio lire 100 imperiali doppo la morte di Bartolomeo Scaietta figlio del quondam Beccadusio suo fratello, morendo però senza Eredi legitimi e naturali. Item dopo la morte di detto Bartolomeo lasciò la metà di tutti i suoi beni a Giacomina sua sorella, e moglie di Manfredino Picenati: con condizione però, che morendo detta Giacomina senza Eredi maschi da lei discendenti, in tal caso i beni lasciati alla medesima, dovessero pervenire al detto Consorzio, come consta dal testamento di detto Tonino, rogato l'anno 1362 alli 30 di Agosto da Bonomo Orlendi Notaro.

Item Gasparino Moro, detto Banda, lasciò al sudetto Consorzio la sesta parte di un Molino, con tutte le cose necessarie spettanti a detta sesta parte di Molino, posto nel Castello di Soncino nella Porta di Sotto nell'acqua della Mormora, confina a mattina e a monte la strada, a mezzogiorno li Schinchinelli, e a sera l'acqua sudetta, ed il fosso vecchio; e ciò dopo la morte, o maritaggio di Bertolina sua moglie, e di Agnesina e Savia sue figlie, come si contiene nel di lui testamento, rogato l'anno 1394 alli 29 di Luglio da Stefano Coduro Notaro di Soncino.

Item Giovanni Pancardo lasciò al sudetto Consorzio ogni anno per lo spazio di anni dieci sestari 4 di vino, prodotte dalli suoi terreni, come dal di lui testamento rogato l'anno 1397 alli 3 di maggio da Bonomo Orlendi Notaro, e sottoscritto da Gasparino Maineri Notaro.

Item Giacomo Bianchi lasciò al detto Consorzio la sesta parte di un Molino con tutte le sue raggioni, posto nel borgo della Porta di Sotto di Soncino, confina a mattina detto Consorzio, a mezzogiorno li Croppelli, a sera la strada, ò sia la Chiesa di San Giacomo di Soncino, e a monte la strada, e ciò solamente dopo la morte, ò il maritaggio di Benvenuta sua moglie, come si contiene nel di lui testamento, rogato l'anno 1398 da Giovanni de Civedate Notaro di Soncino.

Item Giovanni Brambilla lasciò al detto Consorzio la metà di tutti i suoi beni, e l'altra metà al Consorzio di Frà Fazio de la Barba, e ciò doppo la morte di sua moglie, come appare dal suo testamento rogato l'anno 1400 nel mese di Novembre da Pietro Bianchi Notaro di Soncino.

Item Algarita figlia del quondam Pamedo Rovesti lasciò al detto Consorzio ogni anno in perpetuo nella Festa della Natività del nostro Signor Giesù Cristo una mezza soma di formento in farina marinata, ed un altra mezza soma nella Festa della Resurrezione del medesimo: con condizione, che cessando, o ricusando gli Eredi di sodisfare al detto legato, cadino dall'eredità, quale poi debba pervenire in detto Consorzio. Item lasciò al sudetto Consorzio un sestero di vino puro, da darglisi ogni anno in perpetuo nella Festa di San Giacomo da Benvenuta e Giovanna figlie di Giacomo Ballaroto per tanto tempo, quanto possederanno una pezza di terra dalla me desima alle sudette lasciata, come si contiene nel di lei testamento, rogato l'anno 1404 alli 29 di Aprile da Bonomo Orlendi Notaro di Soncino. Filza I.ª

Archivio dell' Ospitale di Soncino. — Annali del Relucenti, pag. 7.

58.

1396, dal 21 Marzo al 13 Giugno.

Relazioni del vicario Castilione, del Capitano e Deputati di Cremona, e rescritti ducali relativi ad una nuova strada da costruirsi tra Fontanella e Ticengo, evitando il territorio di Soncino, ed abbandonando l'antica della Barbadesca (ora Costa), lungo la quale erano frequenti le ruberie e li omicidii. — Documenti N. 9.

I.

Nobilibus viris Deputatis civitatis Cremone amicis carissimis.

Egregii amici carissimi, fuerunt coram me Mafeus de Sfondratis Piasinus de Piasiis et magister Laurentius de Pizo inzignerius de Cremona, nec non Francischinus dictus Niger de Cerveriis de Castrolione et Betinus de Zardino de Rumenengho occasione strate Barbarische reaptande, vel alterius strate tute et bone fiende per quam iri et reddiri possit per mercatores et alias quascumque personas habentes causam, transitum faciendi a partibus Pergami et plebatus Calzii et aliis circumstantibus ad territorium Cremonensem et partes circumstantes. Et e converso et denique multis hinc inde dictis per et inter eos conclusum fuit per dictos Ambaxatores vestros quod qui ob hoc vise fuerunt per dictos de Castroleone et de Rumenengho et certos alios de mei mandato due alie strate ultra

illam stratam Barbarische pro eligendo et providendo de meliori strata ex predictis tribus stratis ut ipse omnes tres strate de novo videantur et examinentur per aliquos expertos viros per vos Deputatos elligendos et ipsarum melior et tutior elliciatur deinde de ea per vos michi fiat noticia ut ad ipsius reffectionem et reaptacionem procedi possit etc. Scribo et mando vobis quatenus de presenti mittatis personas duas vel tres expertes in hoc ad videndum et examinandum dictas tres stratas et quamlibet earum. Et qui ad dictam examinationem fiendam noticiam faciant dictis de Castroleone et Rumenengho et aliorum locorum circumstantium ut esse possint simul et semel cum eis examinationi predicte. Et ipsis stratis sic visis et examinatis elliciant meliorem et tutiorem stratam ex predictis, quia sic ellecta vobis refferant deinde vos in continenti michi per illosmet qui eas viderint noticiam faciatis de dicta strata sic per vos ellecti ad hoc ut ad ipsas reffectionem et reaptationem procedere valeam expeditive mittatisque michi ordines per exemplum vigentes. Si qui vigent super modo et ordine reffectionis et reaptationis stratarum et Pontium districtus et episcopatus dicte civitatis Cremone et ad predicta examinanda vocent dicti experti elligendum Bronzinum et Johannem de Sala vel eorum alterium.

Dat. Placentie, XXI martii MCCCLXXXXVI.

Johannes de Linchis de Castiliono vicarius generalis etc.

II.

Dat. Cremonae, Capsa Soncini.
B. 15.

1396, 21 Marzo.

Domino domino Mediolani etc.

Illustrissime Princeps ac Excellentissime Domine quia sentimus a tertiis districtualibus Cremonae quod nobilis vir dominus Johannes da Castiliono Vicarius vestre dominationis cogere videtur homines et personas comunium et locorum Covi Antignati Barbate Fontanelle Issi Zermignati et Marzole ac Casalegii districtus vestri predicti ad incidendum et stirpandum omnes arbores radices et Zochos existentes ab utraque parte Barbarische que tendit in longum per milliaria sex. Et hoc per brachia quinquaginta in latitudine ab utraque parte ipsius vie sic et per talem modum quod arbores in futurum nasci non possint quod quasi eis impossibile erit predicta adimplere et vestre dominat. cognoscenti opus predi-

ctum fore multum dampnosum hominibus dictorum locorum et quod fieri potest cum minori et utiliori expense et minori incomodo hominum et personarum dictorum locorum una bona strata levata et arzinata et per quam iri et equitari poterit tute et libere cum uno Cavo scolatorio tendente in Navilio Comunis vestri predicti et cum aquis sortiliciarum contratarum predictarum derivantibus in Cavum predictum. Et que non erit ultra miliaria tria vel circha et que alias alivelata fuit per comune vestrum Cremone et fieri debere pro meliori. Nunc vero disposuimus predicta Dominationi vestre cum reverencia notificare ut dignemini predicto Domino Johanni de Castiliono mandare quod examinari faciat expensam et utilitatem vie Barbarische et similiter alterius vie et Cavi alias ordinati tendentis a loco Tuzenghi usque ad territorium Fontanelle habendo secum personas expertas in predictis dicte vestre civitatis et districtus Cremone ut postmodum procedi possit ad perfectionem ipsius vie vel aliter disponere pro ut dominatio vestra cognoverit comodo et utilitati intratarum dicti vestri comunis convenire.

Dat. Cremone, die 21 martii 1396.

Vestri Fidelissimi Servitores
Potestas
Referendarius
Judex gabellarum
Deputati
} Vestre Civitatis Cremone.

III.

Dat. Papiae, Capsa Soncini. B. 15.

1396, 5 Aprile.

Dux Mediolani etc. Comes virtutum Nobili Viro Capitaneo nostro Cremone.

Copiam quarundam litterarum quas nuper recepimus a Potestate, refferendario, judice gabellarum et deputatis nostre Cremone tibi mittimus presentibus inclusam volentes postquam illic Spectabilis Consciliarius et dilectus capitaneus noster dominus magnus Conestabilis quod tu cum aliquibus personis magis informatis de continentia ipsarum litterarum te transferas ad partes in quibus ordinavit etc. Johannes de Castiliono generalis Vicarius noster fieri debere stratam de qua faciunt dicte littere mentionem et etiam ad illas alias partes de quibus in eisdem litteris fit mentio et ibidem una

cum predictis super contentis in litteris predictis melios informatis videas et diligenter examines expensem et utilitatem vie Barbarische ipsum etc. Johannem fieri ordinatam et similiter aliam expensam Vie et Cavi alias ordinati de quibus predicte faciunt littere mentionem, et demum predictis omnibus bene discussis et examinatis procedi facias ad utiliorem expensam predictarum duarum viarum sicut tibi videbitur melius convenire rescribendo nobis de receptione presentium et quidquid feceris.

Dat. Papie, die quinto aprilis 1396.

Petrus.

IV.

Dat. Cremonae, Capsa Soncini.
B. 15.

1396, 8 Aprile.

Illustri Domino Nostro.

Illustrissime Princeps etc. Cum reverencia recepi litteras Dominationis vestre die septimo instantis mensis aprilis signatas per Petrum cum copia quarundam litterarum prefate prelibate dominationi per Potestatem, Referendarium, Judex Gabellarium et Deputatos hujus vestre civitatis Cremone trasmissarum continentes quod me transferre debeam in certis stratis discrictus dicte vestre civitatis nominatis in dictis litteris et quod deberem videre et examinare expensam et utilitatem dictarum stratarum cum aliquibus personis de ipsis stratis et partibus informatis. Et quod ipsas Dominationi prefate scribere deberem quibus cum eadem reverentia respondendo Dominationi antedicte notifico me die nono instantis mensis in locis dictarum stratarum equitavisse cum aliquibus personis magis informatis de dictis stratis etiam cum aliquibus ex sociis magni Conestabilis. Et ipsas stratas examinavimus et vidimus ac etiam unam aliam stratam nichilominus expense dictarum stratarum et cujuslibet earumdem pro se que dicuntur constav.am mitto prefate Dominacioni in una lista presentibus inclusa per exemplum ac etiam illam stratam que nobis videtur melior cum minori periculo. Predicta namque vestre Dominationi notificari curavi ut in et super hiis dignetur disponere et mandare quid per me fiendum sit in premissis.

Dat. Cremone, 8 aprilis 1396.

Luchinus.

V.

Dat. Pepiae, Capsa Soncini.
B. 15.

1396, 15 Aprile.

Dux Mediolani etc. Comes Virtutum.

Nobili viro Luchino de Ruschonibus capitano Referendario nec non Deputatis nostris Cremonæ. Accepimus Litteras tuas Luchine Cremone datas die octavo mensis instantis nostris super facto stratarum ibidem fiendarum responsivas etc. Ad quas quidem litteras respondentes visa et diligenter examinata diligenter continencia licte litteris tui Luchini inserta volumus quod strata Thugenghi de qua alias scripserunt nobis potestas et Refferendarius Judex Gabellarum et vos deputati et de qua facit ultimum capitulum dicte Licte mentionem, fieri omnino debeat que sicut scribis tu Luchine constare poterit libras mille octocentum vigintinovem et soldos septem. Et aliis stratis utilior comunior et securior, mandantes vobis quatenus stratam ipsam fieri statim faciatis non removendo aliquid propterea de nostra intrata nec de denariis Camere spectantibus et nobis rescribendo quidquid fieri continget dictum in predictis.

Datum Papiæ, die 15 Aprilis 1396.

Petrus.

VI.

Dat. Placentie, Capsa Soncini.
B. 15.

1396, 24 Maggio.

Domino Domino Mediolani etc.

Illustrissime Princeps et Excelse Domine exist . . . nudius Sonzine et reperitur. Quamplurima homicidia et rubarias in Strata de Barbarisca quotidie patrari procurabam pro posse talia a contrata illa removere pro honore Celsitudinis vestre et salute viatorum et habito coloquio inter convicinos dicti loci fui quasi in actu deliberandi quod nemus ibi tenus ipsam stratam existens quod jam inceptum erat pro parte incidi ampliari et emoliri largius longe ampliaretur quod sic ut viatores valentes sibi a longe previderi tute transeret. Sed pro Comuni Civitatis Cremone extitit michi expositum quod alia via salubrior minoris expense et disturbi hominem q.m foret illa poterat fieri, ex quo misi de convicinis illorum locorum praticis ad

videndum utramque. Et que, omnibus consideratis, melior erat eligeretur fieri. Et ecce isto interim pro parte ipsorum Cremonensium *C. V.* extitit supplicatum et expositum etiam hoc et subiunctum quod Ego solo atendendam ad viam Barbarische et non ad aliam propter quod Celsitudo Vestra mihi scribendo mandavit quod de via Barbarische me non impedirem ipsi quidem eligeant alia fieri asserentes fore meliorem et minoris expense et disturbuii hominum. Et ecce quod reperio quod verum non exposuerunt nam parendo ejusdem.... in eundo Martinenghum contingit quod per viam Barbarische transivi quam diligenter prospexi et demum Placentie revertendo per aliam viam de qua Cremonenses exposuerunt etiam studiose transivi ed illam etiam diligenter examinavi. Et ipsis sic visis reperio veridice quod via Barbarische est adeo situata et apta quod nonquam homines desisterent a viando eam tamquam sitam inter nonnulla Comune populosa et in eternum factum. Ut magis aptam ad eundum de partibus Placentie Cremone ad partes Pergami, et ad forum Morenghi. Et reperio quid potest fieri tuta sine ulla expensa bursali et sine gravedine civium Cremonensium et Comunium longinquorum ab ipsa strata sed solum cum una opera cujuslibet teste hominis Comûnium circumstantium ponenda ad incidendum Nemus situm ab utraque parte dicti strate quod Nemus non extenditur per longitudinem ultra duo miliaria cum dimidio ubi illi dicebant de octo vel circha, et ipso nemore sic inciso cum dicta una opera, dicta strâta remanebit tutissima alia autem via si fieret et foret quasi nullis comodosa et longe ab omni habitaculo maxime quod expensa tota bursalis quam operarum hominum nedum predictorum Comunium sed indifferentæ omnium Comunium Episcopatus Cremone. Et reperio quod dictis Comunibus est jam factum preceptum de ultra quam de duobus operibus pro homine, et idem videtur esse factum et reliquis Comunibus sui Episcopatus. Et secundum quod sentio et comprehendi potest, Cremenenses sub velamine constructionis dicte vie volunt ducere in eorum territorium versus Cremonam aquas per illas partes discurrentes et jamduc habuerunt hoc propositum. Et quod sit vero aparet quia jam ceperunt facere fieri unam foveam amplam et cavam valde super campanea et planitie amplissima ubi non opportebat aliquid fieri et ut fertur erit nimis maxima expensa. Et quando foret facta non est satisfactum propter que debet fieri duxi tamquam debitor et zelator honoris Celsitudinis Vestre et aleviationis subditorum vestrorum hec intimanda et cum reverentia recolendiss. elligibilius fore de providendo incidi et ampliari nemus dicte vie Barbarische ab utraque

parte cum una opera hominum solum decem vel duodecim Comunium circumstantium et fiet in una vel in duabus diebus q.m aliam que vix fiet in ista estate et cum maxima expensa et disturbio et modica comoditate, et de predictis potest eadem Celsitudo informationem si sibi placet a Bronzino capitaneo in Rumenengo et a Vicario dicti loci qui tamquam existentes super loci debent esse clare informati et isto casu esset scribendum Cremonensibus quod supersederent in ipso laborerio provideat nunc eadem Majestas pro ut sibi melius videtur meque servum Vestre Celsitudinis humillime recomendando.

Dat. Placentie, 24 Maii 1396.

Joannes de Linchis de Castiliono
Vicarius generalis.

VII.

Dat. Abiate. Capsa Soncini.
B. 15.

1396, 7 Giugno.

Dux Mediolani etc. Comes virtutum.

Nobilibus et prudentibus civis Potestati, Capitaneo, Refferendario nec non deputatis Civitatis nostre Cremone.

Literas quas recepimus a D. Johanne de Castiliono vobis interclusas mittimus per exemplum volentes et vobis mandantes quatenus avisatu per vos diligenter et mature continentia earundem nobis superinde vestrum judicium rescribatis supersedendo interim et supersederi faciendo a laborerio strate quamfieri avisaverat illud nostrum Commune Cremone.

Dat. Abiate, die 7 Juni 1396.

VIII.

Dat. Cremone. Capsa Soncini.
B. 15.

1396, 13 Giugno.

Domino Nostro.

Illustrissime Princeps ac Magnifice et Excelse Domine. Litteras Excelse Dominationis Vestre cum reverencia datas Habiate 7 Junii presentis cum exemplo quarundam litterarum Domini Johannis de Castiliono ipsis Litteris Vestris incluso, quarum litterarum exemplum bene et diligenter legimus et vidimus ut bene habere valeat

secundum quod tenemur unde respondentes cum reverencia dicimus quod Dominatio Vestra mandavit michi Luchino ut me informare deberem de strata Barbarische seu alia strata que esset tutior et melior pro hominibus et personis se transferentibus versus Bergamum et deinde versantibus ad partes istas. Et ut illa que esset melior eligi posset personaliter ivi ego Luchinus et mecum duxi duos Caporales Magni Constabilis expertus in talibus ac tres cives Cremone et tres Ingignerios ad viam predictam Barbarische et ad quondam aliam viam de medio etiam designatam et ad istam viam que apellatur stata Tuzenghi et ad ipsas vias interfuerunt quamplures persone terrarum et locorum circumstantium ipsis viis et demum per inspectionem oculorum et pro auditis opinionibus variis hominum contratarum quorum aliqui propter propriam utilitatem laudabant unam et aliqui aliam non habito respectu ac considerato quod expensa cujuslibet ex ipsis Barbarische et de medio constabit plusquam strata de Tuzengo semper erit nimis mala aliis duabus comunior et utilior ac magis secura et minoris expense. Elegi Ego Luchinus predictam stratam de Tuzengo fieri debere pro qua Dominationi vestre antedicte . . . . . aparere de ipsis stratis . . . . . aparere notificavi cum reverencia. Et quam stratam vestra Dominatio mandavit in suo fieri debere quo mandato sumpto a vestra Dominatione Comune Cremone immediate fecit fieri diligentem compartitionem de operibus intrantibus ad faciendum ipsam stratam inter Cives et Districtuales vestros Cremone et per modum quod unicuique vel Cremone et Comuni ejus Districtus liceat facere suam contingentem portionem ipsarum operarum infra terminum tercium terminum aut solvisse ad rationem soldorum quatuor Imperialium pro qualibet opera incantatoribus qui eam incantarent. Et ne defectu aliquorum nostrum remaneret q.m ipsa strata fieret et ne Dominatio Vestra nobis posset imputare deliberavimus laborerium ipsius strate de Tuzengo cum pacto quod si aliqui vellent portionem eorum dicte strate facere quod eis licitum esset eorum partem facere. Et hoc fecimus pro velociori expeditione, de quibus omnibus fecimus noticiam dicto Domino Johanni de Castiliono per quatuor Cives comunis vestri Cremone, qui dictus Dominus Johannes audito quomodo conclusum erat negotium ipsius strate de Tuzengo nobis Deputatis mandavit quatenus sub pena quam a nobis auferre vellet deberemus ipsam stratam fieri fecisse et complevisse usque per totum mensem Maii proxime preteriti et credat se certam Dominatio vestra quod si dicta strata de Barbarischa cum tam modica expensa fieri potuisset melior et tutiot ut continent Littere dicti Domini Johannis indubie el-

lecta et fuisset et libenter evitavissemus expensas necunquam habitus fuit respectus ad aliud nisi aliud nisi ut fieret strata magis utilis et secura alterius cum premissa reverentia notificamus quod ex nunc de partibus quinque partes quatuor laborerii dicte strate de Tuzengo facte sunt usque ad diem hodiernum et dictum procedebatur ad perfectionem ipsius laborerii ad quod laborerium alterius non procedetur vigore vestrarum Litterarum predictarum quousque a Dominatione Vestra cum eadem reverencia significamus quod dictus Dominus Johannes prefate Dominationi hoc scribere potuisset sed ob reverentiam Celsitudinis Vestre et nostri honoris ejus litteris aliud non damus responsum idcirco super omnibus Vestra Celsitudo previderit ut placet.

Dat. Cremone, 13 Junii 1396.

Petrus de la Rocha
Luchinus de Rusconibus
Georgius de Guadagnaltis
et Deputati Cremonæ.

IX.

1396, 3 Ottobre.

Dominus Mediolani etc. Comes Virtutum.

Nobili viro domino Potestati nostro Cremone. — Inter certa capitula nobis exibita per Conradum de Dovaria Ambaxiatorem nostrum Communis Cremone recepimus capitulum tenoris hiis inclusi. — Et quia sumus omnino dispositi quod illa strata de qua fit mentio in dicto capitulo statim et sine mora dum tempus aptum inest perficiatur juxta ordinationem alias factam, volumus quod Statim cogatis Commune Cremone predictum ad deponendum penes personam fidam pretium terrarum que includuntur in strata predicta ut de pecunia ipsa fieri possit illi ex dictis duobus, videlicet vel domino Abbati S. Marie Magdalene de la Cava vel Petro de Covo (*) cujus terminabitur esse territorium predictum.

Dat. Papie, die tertio Octobris MCCCLXXXXVI.

Amicinus.
Antonius.

Archivio secreto del Comune di Cremona.

(*) Questa ultima lettera 3 ottobre 1396, trasmessami dal dottor Cereda soltanto al 7 ottobre 1869, mi porge occasione di meglio informare il lettore sulla vendita fatta da Regina della Scala nel 1382, 18 agosto, da me menzionata al vol. I, pag. 135 e 136. — L'acquirente non fu il solo Alberto Barbò, ma con esso Pietro Covo e

59.

1397, Aprile-Agosto.

Lite dai Soncinesi promossa contro i Cremonesi per le novità da questi intraprese a pregiudizio delle sorgenti delle Acque Comunali di Soncino.

Atti di causa, scritture diverse e sentenza 13 Agosto 1397.

Documenti N. 16 conservati nell'Archivio secreto del Comune di Cremona.

1397, I.° Aprile.

N. 1. — Supplica del Comune di Soncino al Duca Giovanni Galeazzo Visconti per ottenere giustizia contro le violenze dei Cremonesi.

Illustri et excelsi ducali dominationi vestre, que nunquam opressos et violatos voluit derelinquere.

Cum omni reverentia significant Commune et homines, mulieres, et filii parvuli hominum terre vestre Sonzini, quod Commune et

Danielo Cropello, Soncinesi essi pure. — L'istromento dice che Regina vende a cadauno di loro per la terza parte pro indiviso tutte le case, sedumi, vigne, prati, boschi, terre colte ed incolte, pascoli e zerbi da essa posseduti nelli lochi e territorii di Pumenengo, Gallignano e Flurano, e parti immediatamente circostanti, coerenziate in detto istromento, ma senza enunciazione di perticato, e ciò pel prezzo di dodici mila fiorini d'oro, cedendo ai compratori le immunità a quei fondi inerenti. — I Barbò tennero Pumenengo. — Flurano passò a Cropello. — I Covo divennero proprietarii di Gallignano, il che spiega le ultime linee della ducale 3 ottobre 1396 che allude ad una questione insorta tra il Covo e l'Abate della Cava, che avea ceduto un pezzo di terreno in Zermignano ai Cremonesi per la nuova strada di Ticengo. — Ecco un estratto (avuto ora dal Cereda) della pergamena A : 14. 1396, 22 marzo, così repertoriata: « Venditio facta Communi Cremone per dominum Abbatem de la Cava de certa terra super qua constructa fuit strata (loco strate Barbaresche) tendens a loco Zermignati ad terram Tucenghi. » — Ivi fra l'altro leggesi: « .... Et cum per ipsius strate fabricam et constructionem veniat necessario occupanda et occupata fuerit et sit certa pars territorii quod asserebatur per dominum Petrum de Covo de Sonzino ad se spectare et pertinere. — Et ex adverso asserebatur per Reverendum in Christo patrem et dominum dominum Marchum de Ravagnascho Dei et Apostolice sedis gratia, Abbatem Monasterii Sancte Marie Magdalene de la Cava, Cremonensis diocesis ad se nomine dicti sui Monasterii spectare et pertinere: sine quo territorio et ipsius territorii occupatione nullatenus perfici potest dicta strata per Commune Cremone predictum in bona et laudabili forma secundum quo mandavit prefatus dominus noster debere fieri et construi. — Et cum pro parte Communis Cremone predicti affectantes procedi debere ad ipsius strate perfectionem, et ne per predicta starent in pendenti incantatores ipsius strate, et quum ad ipsius strate perfectionem procederent productum fuerit prelibato domino domino nostro quoddam capitulum mentionem faciens de predictis, cui capitulo per prefatum dominum nostrum responsum extitit et responsio facta Communi predicto etc. etc. »

homines vestre Civitatis Cremone, omni jure et equitate postergatis intendunt......... velle id totum facere, quod terra vestra Sonzini que fuit prima terra que se dedit quondam bone memorie domino Azoni.... Vicecomiti sit destructa et inhabitata si possint nisi vestra duchalis et illustris magnificentia eorum Cremonensium voluntatem refrenet pro ut talibus refrenari consuevit, certiorantes prefatam dominationem quod si dominatio vestra se non interponat in obviando predictis, omnes homines magni et parvi terre vestre Sonzini ibunt ad continuam eorum possessionem aquarum infrascriptarum in qua steterunt continuato tempore, videntibus et patientibus Cremonensibus, centum annis elapsis et pluribus et insurget questio mortalis nisi de vestro remedio illico provideatur. — Super quibus dignemini provvidere prout placet prefate dominationi.

Primo verum est quod Ser. Imper. Henricus d. q. R. Imper. et Rex, pontificatus d. Clementis Pape, anno d. M.CCCXI, die tertio octubris, indict. XI, acceptavit per ejus privilegium in suam Cameram Imperii Castrum Sonzini, et ejus districtum cum districtu Calzii cum mero et mixto Imperio et gladii potestate, cum honoribus juribus et jurisdictionibus spectantibus dicto Castro et Plebatu Calzii in.... et territorii Calzii erant sortilitie fontes et aque per lamas et buschos et terras domini abbatis de la Cava, qui per publicum Instrumentum dedit et concessit Communi Sonzini jura possendi acquirere dictas aquas et alveos seu lectos factos pro conducendo ipsas aquas per territorium Sonzini pro irrigando eorum terras et possessiones et postea pro conducendo ipsam aquam per castrum Sonzini per omnes quatuor portas dicti Castri, in quibus lectis aque sunt rote XVIII. molendini, que maxinant hominibus Sonzini et.... et que rote solvunt omni anno datium molendinorum Camere vestre et datium Maxine, ac etiam lavantur panni lane qui solvunt datium Camere vestre et drapi lini et operantur ipse aque pro faciendum cibum et pro abeverando bestias et etiam pro extinguendo ignes qui se accidunt in domibus dicte terre et lavantur Androne et alia infinita bona percipiuntur et ipsa aqua que apellatur aqua *Molendinorum* et ex uno alio lecto qui apellatur lectus aque *Pratorum*, ex quibus ambobus lectis aquarum possessiones hominum de Sonzino adaquate fuerunt centum annis elapsis et in possessione pacifica et tenuta ipsarum aquarum steterunt Commune et homines Sonzini dictis centum annis elapsis et pluribus cum instrumentis et legiptimis privilegiis et titulis videntibus et patientibus dictis cremonensibus, et nuper suprascripti Cremonenses sub pretextu volendi facere unam stratam per territoria predicta fecerunt fossata ab

utraque parte dicte strate usque in lectis et aqueductibus dictarum aquarum.... de Sonzino et..... schanizare dictos lectos aquarum et ipsas aquas auferre malitiose et odiose ad vindictam quod si hec patierentur et consentierentur eis Cremonensibus, terra vestra Sonzini esset in totum destructa; sic quod melius esset ipsis de Sonzino dimittere pro derelicta, quod non creditur esse vestre intentionis pati velle tantam violentiam; et quoque ipsi Cremonenses credunt se sua potentia predicta posse ad effectum reducere licet commune Sonzini, non sit tante potentie quante est Commune Cremone quod Commune injustitiam foret et iniquitatem, et Commune Sonzini foret jus et equitatem, dispositum est Commune Sonzini et homines et mulieres et infantes parvuli velle esse supra loco violentie predicte et ipsam vim vi espellere cum moderamine semper inculpate tutele, videlicet sgurando, cavando et adampliando et spatiando lectos dictarum aquarum suarum molendinorum et aque pratorum per eorum lectos consuetos usque in sortiliciis et fontibus et juribus antiquissimis more solito et pro ut sui majores et ipsi centum annis sguraverunt cavaverunt ed adamplaverunt et spatiaverunt et si aliquid inopinatum continget de jure ipsi communi Sonzini et hominibus Sonzini continuantibus possessione dictarum suarum aquarum non poterit de jure imputari sed ipsis Cremonensibus invasoribus et occupatoribus bene poterit et debebit imputari, quia vires omnes de Sonzino dispositi sunt potius mori quam esse violati ab ipsis Cremonensibus.

Quare dignemini vestro Potestati Cremone et referendario et sapientibus dicte civitatis per vestras literas mandare, omni mora sublata ne eorum habitatores intrent ad occupanda jura dicti vestri Communis quatenus nullam faciant novitatem ipsi Cremonenses in scavizando lectos dictarum aquarum nec in auferrendo dicto Communi eorum sortilitias fontes et jura dictarum aquarum suarum et si quam novitatem fecerunt quod in pristinum statum statim reducant et ipso opere in statum pristinum reducto nullam novitatem faciant ipsi Cremonenses sine expressa licentia et mandato prefate dominationis vestre, et nisi dictum opus fuerit visum et diligenter examinatum per personam vel personas eligendam et eligendas per vestram dominationem qui videant jura partium et situm locorum et informationem recipiant de longhissima prescriptione centum annorum dictis Cremonensibus quibus jus suum si quod habebant prescriptum est etiam attenti privilegio Imper. Henrici et attentis literis et permissionibus vestre dominationis quas tempore novitates fecit et permisit in quibus continetur quod vestre intentionis erat et est

quod ab ipsa prefata dominatione essemus defensi et manutenti a Cremonensibus in illa libertate in qua ante vestrum dominium adeptum steteramus et defensi fueramus a domino Azone, domino Luchino, et domino Bernabove et ita promisit Celsitudo vestra, que nunquam voluit aliquos decipere, unde deceptis et non ipsis Cremonensibus deceptoribus jura subveniunt.

A tergo: Supplicatio Communis et hominum terre Sonzini.

Capsa Soncini. Teca B. 16, N. 15.

1397, 3 Aprile.

N. 2. — Missiva ducale al Podestà e Comune di Cremona, perchè il 12 aprile mandino a Milano persona edotta dei diritti della città, con pieno mandato, e si presenti al Consilio di Giustizia.

Dux Mediolani etc. ac virtutum Comes.

Copiam nobis exibite supplicationis parte Comunis et hominum terre nostre Sonzini mittimus vobis presentibus annexam. Quare volentes contentorum in ea meram scire veritatem et super inde providere per modum quod utraque pars sibi debitum consequatur, mandamus vobis quatenus personam unam sufficientem de premissis ac juribus comunis nostri Cremone bene informatam ad Egregios de Consilio nostro Justicie duodecima die mensis instantis cum pleno mandato mittere debeatis. Et sic scripsi de Sonzino dicta die per parte dicti Comunis juxta mandata nostra personam de premissis et eorum juribus informatam cum pleno mandato coram dicto nostro Consilio facient presentari. Scientes nostre firme intentionis esse quod per partes unus eligatur confidens qui ad locum questionis de qua in supplicatione agitur pro subiciendo rem oculis se transferat et informet de omnibus et subsequenter ordinate nobis referat; ut super inde disponere et mandare possimus secundum quod videbimus expedire taliter providendo quod interim nulla fiat novitas in premissis. — Dat. Papie, die tertio aprilis 1397.

(L. S.) Tomax.

Extra: = Egregio et prudenti viro domino Potestati militi..... Referendario, et sapientibus nostris Cremone.

Capsa Soncini. Teca B. 6, N. 16.

1397, 10 Aprile.

N. 3. — Altra missiva che determina altra comparsa pel 23 aprile dinanzi ai Vicarii ducali.

Dux Mediolani etc.

Visis et diligenter examinatis litteris vestris quarum copiam misimus potestati et sapientibus Sonzini scripsimus eisdem quod die lune 23 mensis presentis eorum sindicum misisse debeant cum omnibus juribus suis ut de contentis in litteris vestris veritas reperiatur coram Vicariis nostris. Mandantes vobis quod tunc temporis vos quoque Sindicum vestrum cum juribus vestris fatiatis coram dictis Vicariis nostris comparere.

Dat. Mediolani, 10 aprilis 1397.

Extra: = Nobilibus viris Francischo de Carchani potestati sapientibus et comuni Cremone.

Capsa Soncini. Teca B. 16, N. 17.

r397, 14 Aprile.

N. 4. — Giovanni Galeazzo commette a Paolo de Arzonibus, vicario ducale, di recarsi ad ispezionare la località ed i lavori che diedero origine alla lite, provvedere tosto al ripristino, e sentenziare poscia, udite le parti.

Dux Mediolani etc. Domino Paulo de Arzonibus.

Volentes questionem de qua in supplicatione presentibus inclusa Communis et hominum terre nostre Sonzini fit mentio, tolli et resecari debere, ne inter partes scandala et rumores oriantur; comittimus et vobis partium ipsarum confidenti reperto, mandamus quatenus ad locum questionis predicte pro subjiciendo rem oculis vos transferatis. — Et si reperitis dictos supplicantes de facto spoliatos fore possessionem vel quasi aque de qua in ea supplicatione fit mentio, faciatis primo et ante omnia eos ad pristinum statum redire, et subsequenter auditis precibus, visisque ac diligenter examinatis ipsarum juribus justitiam ministretis superinde.

Datum Papie, die 14 aprilis 1397.

Joh. Galeaz.

Capsa Soncini. B. 15.

1397, 27 Aprile.

N. 5. — Opposizione di Piasino de' Piasii sindaco e procuratore dei Cremonesi, avanti al Commissario ducale in Soncino, ed eccezioni del suddetto procuratore per impedire si inizii il processo.

Actum Soncini. 1397, 27 Apr. Indictione V.

In nomine Domine millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die veneris vigesimo septimo mensis aprilis. Comparuit et se presentavit et oomparet et se presentat coram Egregio legum doctore domino Paulo Arzono comissario et delegato in hac parte Illustrissimi et Serenissimi Domini nostri pro tribunali sedente in domo hospicii Campane sita in Burgo Sonzini, quem locus dictus dominus Paulus comissarius et delegatus elegit et eligit pro suo congruo et idoneo tribunali Piasinus de Piaziis sindicus et procurator, et sindicario et procuratorio nomine comunis hominum et universitatis civitatis Cremone, pro ut de ipsius Piasini sindicatu et procura continetur publico Instrumento rogato et stipulato per Manfredinum de Alia notarium, quod Istrumentum sindicatus et procure dictus Piasinus dicto nomine prius et ante omnia produxit et exhibuit in presenti iudicio ac coram dicto domino Paulo comissario et delegato et penes et apud me notarium et scribam in hac parte prelibati Domini comissarii et delegati, et realiter deposuit dimisit et relaxavit quo utitur et uti vult dicto nomine in presenti questione et causa paratus dicto nomine de eo copiam facere cuicumque de jure habere debenti maxime cujusdam asserte monitionis, si sic dici potest, facte de dicto comuni Cremone parte prefati domini Pauli ut die hodierna esse deberet per se vel legiptimum procuratorem ad locum de quo in litteris comissionis et delegationis sibi facte fit mencio dicturum et alegaturum ea que crediderit expedire pro ipso comuni Cremone et occasione omnium et singulorum in ipsa asserta monitione nec non assertis litteris et supplicatione comunis et hominum dicti terre Sonzini contentorum et descriptorum. Et primo et ante omnia dictus Piasinus dicto nomine dixit et protestatus fuit et dicit et protestatur in presentia Bonini de Moris qui se dicit sindicum et procuratorem comunis et hominum dicte terre Sonzini quod si dictum comune Sonzini et dictus Boninus assertus se ut supra voluerit aliquid dicere seu petere dicto comuni

Cremone et ipsi Piasini dicto nomine pro eo occasione contentorum in asserta supplicatione predicta dicti comunis Sonzini hnt et debent qualem peticionem in scriptis porrigere et offerre coram dicto domino Paulo comissario et delegato predicto quam porrigi et offerri petit dictus Piasinus dicto nomine pro ut per dictum Boninum se asserentem ut supra ante quod ad ulteriora procedatur ad hoc ut dictus Piasinus dicto nomine sciat de quo cum quo et pro quo debeat litigare et contendere cum dicto comuni Sonzini; et dicto Bonino se asserente ut supra et subsequentem terminum competentem eidem Piasino dicto nomine statui debere per ipsum dominum Paulum comissarium et delegatum detur quali . . . . per dictum Boninum se asserentem ut supra porrigende et offerende cum prius et ante omnia querendum sit de personis deinde deveniendum sit ad merita cause, et cum dictus Piasinus dicto nomine paratus sit se offerat dicto comuni Sonzini et dicto Bonino se asserenti ut supra in et super predictis de iure rndere et omnia alia facere et adimplere ad que dictum comune Cremone tenebitur et debebit de jure et ita dictus Piasinus dicto nomine petiit et requisivit et petit et requirit per ipsum dominum Paulum comissarium et delegatum fieri debere ante quam ad ulteriora procedatur in questione et causa predicta non astringens que sibi dicto nomine sufficiant pro victoria dicte sue questionis et cause.

Ego Ghirardus de Albayrate notarius et scriba nobilis viri domini Pauli Arzoni comissarii et delegati predicti.

1397, 27 Aprile.

N. 6. — Protesta di Bonino de' Mori, sindaco e procuratore del Comune di Soncino, avanti al Commissario ducale, perchè i Cremonesi restituiscano nel pristino stato le sorgenti ed i cavi dalle nuove opere pregiudicati.

Actum Soncini, 27 Apr. Indict. V. B. 15, N. 4.

MCCCLXXXXVII, Indictione quinta, die vigesimo septimo mensis aprilis, in burgo porte Sero Sonzini in hospitio Arici de Opreno coram vobis sapienti viro doctore utriusque juris domino Paolo de Arzonibus de Mediolano commissario et delegato assumto et electo per illustrem principem magnificum et excelsum dominum dominum Johannem Galeaz Vicecomitem Ducem Mediolani et Comitem Virtutum et Papie etc. comparuit Boninus de Moris sindicus et sindicario nomine Comunis et hominum Sonzini occasione questionis

mote comuni Cremone seu ejus Sindico infrascripto in et super questione mota per dictum Comune et homines Sonzini coram prefato Domino nostro de violentia invasione molestatione inquietatione, et spoliatione facta Comuni et hominibus Sonzini in aquis Fontibus et lecto aque Pratorum solite decurrere super districtu Sonzini ad irrigandum terras et possessiones dictorum de Sonzino et quam aquam tenuerunt et possiderunt pacifice et quiete centum sexaginta annis et pluribus, et in quo lecto aque ab uno mense proxime preterito citra vel circha de facto fecerunt novitatem ipsi de Cremona et comune Cremone vel alteri pro ipso ın stopando et claudendo dictum lectum aque et in non permittendo ipsam aquam decurrere more solito per dictum suum lectum ad irrigandum dictas possessiones Comunis et hominum Sonzini indebite et injuste. In possessione quarum aquarum et lecti predicti steterunt ipsi Comune et homines Sonzini a millesimo ducentesimo trigesimo tertio Indictione quinta die quinto exeunte mense Junii citra, vel circha et in ipso Instrumento Dominorum Abato de Cereto, et de la Cava continetur, quod dicti Abbates Monaci et Monasteria dederunt dicto Comuni Sonzini dictas aquas et lectum aquarum et possessionem et tenutam vel quasi ipsarum aquarum et lecti predicti. Sic quod vigore dicti Instrumenti dictum Comune et homines Sonzini fuerunt et steterunt dictis temporibus in possessione dicte aque sgurando, spaziando et cavandum dictum lectum aque nisi ab uno mense proxime preterito citra vel circha, prout habuistis informationem per confessionem Bonzani de Sumo et ab aliis multis personis. Ex quo de jure et per formam dicte commissionis vobis facte postam vidistis oculata fide dictum locum spoliationis factum de facto et quod ipse aque sunt Comunis et hominum Sonzini debetis pronuntiare dictum opus de facto factum, debere in pristinum suum statum reduci non obstante petitione et requisitione seu protestatione facta et producta per Blasinum de Blasiis Sindicum et Sindicario nomine comunis et hominum Cremone, imo debeat rejicere ipsam protestationem et scripturam vigore comissionis vobis facte et vigore litterarum prefati Magnifici Domini nostri et ita petit et requirit ipse Boninus de Moris sindicus et sindicario nomine comunis et hominum Sonzini et quam contradictionem proponit et producit ipse Boninus dicto nomine non animo litigandi nec litigium faciendi cum dictis Cremonensibus sed animo informandi vos de juribus dicti comunis et hominum Sonzini protestans ipse Boninus quod copia jurium dicti Comunis et hominum Sonzini productorum coram vobis dari non debeat dicto Sindico Cremonensium intentiones prefati Magnifici

Domini nostri non est quod ipsa quiestio vadat nec deducatur per litigia sed quod opus predictum debeat restitui in pristinum statum celeriter et ita petit ipse Boninus et protestatur dicto nomine de expensis dampnis et interesse quod dampnum fuit et est florenorum centum auri omni die et de expensis que hucusque sunt florenorum centum auri, etc.

Ego Girardus de Albajrate notarius Mediolanensis et in hac parte prefati domini Pauli commissarii et delegati ut supra scripsi et in actis est.

1397, 28 Aprile.

N. 7. — Concessione provvisoria accordata ai Soncinesi dal Commissario ducale, in pendenza del giudizio definitivo da pronunciare sulla lite da essi promossa contro i Cremonesi.

Actum Soncini. 1397, 28 Apr. B. 15, N. 4.

Christi nomine invocato etc.

Cum ita sit quod in executionem litterarum per illustrissimum Principem et serenissimum Dominum Dominum Ducem Mediolani etc. emanatarum mihi Paulo Arzono sub data Papie die quartodecimo aprilis millesimo trecentesimo nonagesimo septimo occasione questionis vertentis inter comune et homines terre Sonzini prefati Domini ex altera me transtulerim ad locum questionis predicte subitiendo rem oculis et ex tali subitione non potuerim clare comprehendere utrum dictum comune et homines Sonzini fuerint de facto spoliati possessione vel quasi aque de qua in ipsis litteris fit mentio quoniam non potui bene aprehendere utrum decursus dicte aque fuit naturalis an artificialis respectu loci in quo per dictum comune Cremone facta est quedam strata que impedit dictum decursum pretendens quod si strata predicta aperiatur in loco predicto taliter quod aqua decurrat ut antea factionem dicte strate decurrebat modicum dampnum fiet dicto comuni Cremone dictis vero comuni et hominibus dicte terre Sonzini maximum fit dampnum circa eorum prata et lina, et quod probationes que fieri voleat per partes predictas in causa possessorii dicte aque requirent aliqualem temporis prolixitatem. Ideo ex officio mihi competenti vigore dictarum litterarum et volens tollere et resechare ne inter partes predictas schandala et rumores oriantur quod etiam est intentionis prelibati Domini ut ex serie litterarum predictarum evidenter patet duxi concedendum et concedo dictis comuni et hominibus Sonzini quod

suis propriis expensis aperiatur dictam strata in loco predicto modo congruenti et tali quod aqua predicta decurrere possit per locum predictum secundum quod ante confectionem dicte strate decurrebat, et non ultra, et etiam debeant pontem idoneum ligneum facere super dicta strata eatenus quatenus se extendet apertura dicte strate ad hoc ut per ipsam stratam equester et pedester et cum bubus et plaustro possit secure per ipsum pontem pertransiri Intendens per talem concessionem et dicte concessionis executionem non tribuere aliquod jus in dicta aqua nec aliquam possessionem dicte aque dictis comuni et hominibus Sonzini. Nec etiam aliquod prejuditium facere alicui dictarum partium in aliquo jure quod pretendeant seu pretendere velint habuisse ante dictam concessionem nec etiam in aliqua possessione quam aliqua ipsarum partium habuisse ante dictam concessionem et proinde haberi debent quantum ad dictum prejuditium ac si dicta concessio facta non fuisset ac etiam cum interventione quod si contingat ipsos comune et homines Sonzini in causa possessorii dicte aque vertenti inter ipsas partes coram me tamquam delegato prelibato Domini subcombere quod ipsi comune et homines Sonzini debeant dictam stratam reducere ad statum in quo nunc est suis expensis.

Ego Ghirardus de Albairate not. Mediol. etc.

1397, 2 Maggio.

N. 8. — Risposta di Piasino de' Piasii, procuratore di Cremona, che contradice ed impugna i fatti e i diritti asseriti dai Soncinesi, in ordine alle novità praticate dai Cremonesi.

Capsa Soncini. B. 15.

In nomine Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. Indictione quinta die mercurii secundo madii. Comparuit et se presentavit et comparet et se presentat coram egregio legum doctore domino Paulo Arzono pro tribunali sedente, dominus Piasinus de Piasiis sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine comunis hominum et universitatis civitatis Cremone, pro ut de sindicatu et procuratione ipsius Piasini continetur publico Instrumento rogato et scripto per Manfredinum de Alia notarium, et per ipsum Piasinum dicto nomine alias producto et exhibito coram dicto domino comissario et delegato, et quod iterum de novo ad cautelam producit et exhibet paratus dicto nomine de eo copiam facere cuicunque de jure habere debenti occasione suprascriptarum litterarum prefati

domini emanatarum dicto domino Paulo ad assertam supplicationem predictorum comunis, hominum et universitatis dicte terre Sonzini et occasione omnium et singulorum in ipsis assertis litteris et supplicatione contentorum et descriptorum et exinde subsequutorum contra et in prejudicium dicti comunis Cremone, et non recedendo propterea ipsum Piasinum dicto nomine, ab aliquibus per ipsum dicto nomine oppositis dictis factis et petitis contra assertas litteras et supplicationem predictas et contenta in eis et omnia predicta sed eis potius inherendo et insistendo de novo excipiendo et opponendo contra ipsas assertas litteras et supplicationem et omnia predicta et contenta eis dixit et opposuit et dicit et opponit ipsas et ipsas non procedere et super eis procedendum non esse et procedi non posse nec debere de jure et dictos comune et homines dicte terre Sonzini non fuisse nec esse ad aliqua per eos narrata et petita in eorum asserta supplicatione predicta. Eo maxime cum dicte asserte littere impetrate fuerint per dictos comune et homines dicte terre Sonzini a prefato Domino nostro veritate tacita et sugestis et expressis ac narratis multis que vera non sunt in dicta eorum asserta supplicatione quam veritatem si predicti de Sonzino non tacuissent, et ea que vera non fuerunt neque sunt non expressissent procul dubio presumendum est quod prefatus dominus predicta assertas litteras non emanasset nec concessisset. Et cum aque predicte de quibus in asserta supplicatione fit mentio. Et que labuntur juxta et de supra stratam novam de Tuzengho de qua etiam fit mentio in asserta supplicatione predicta nascantur et oriantur et orte fuerint et oriantur in dicto territorio et districtu Cremonensi, et in ipsarum aquarum et cuiuslibet earum possessione dictum comune Cremone per se et alios eius nomine unus mensis, duo, sex, octo et decem menses, et unus annus, duo, quinque, decem, quindecim, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octuaginta, nonaginta et centum ac ducentum anni sunt et plus, et ipsis temporibus et ab ipsis temporibus citra et per tantum tempus quod in contrarium memoria alicuius viventis non existit fuerit et hodie sit et ipse aque et quelibet earum dicto comuni Cremone spectaverint et pertinuerint temporibus antedictis et hodie spectant et pertineant, et ipsas aquas et quamlibet earum et earum et cuiuslibet earum possessionem deffendere velint dictum comune Cremone, et dictus Piasinus dicto nomine pro eo a comuni hominibus et universitate dicte terre Sonzini et quacumque alia persona, et cura fuerit et sit absque eo quod dictum comune et homines Sonzini aliquibus temporibus retroactis fuerint in possessione vel quasi

dictarum aquarum vel alicujus earum. Et quod dicto comuni Sonzini spectaverint et pertinerint in totum vel in aliqua sui parte et pluribus aliis rationibus et causis suis loco et tempore dicendis, hostendendis et allegandis. Et sic per consequens dixit et dicit dictus Piasinus dicto nomine dictos comune homines et universitatem dicte terre Sonzini carere debuisse et debere impetratis per eos a prefato Domino, et ita petit dicto nomine per prefatum dominum Paulum comissarium et delegatum fieri pronunciari et declarari debere rationibus et causis antedictis, quibus omnibus et singulis exceptionibus salvis et salvis et reservatis omnibus et quibuscumque aliis suis exceptionibus dilatoriis perhentoriis . . . . . iudicii declinatoriis assertarum litterarum supplicationis et scripturarum inceptarum perperam et male conceptarum et non procedencium omnibusque aliis juribus sibi dicto nomine salvis dixit et dicit dicto nomine narrata pro ut narrantur in dicta asserta supplicatione vera non fuisse, nec esse et petita pro ut petunt fieri non debere, et maxime alio non facto ostenso vel aparente pro parte illorum de Sonzino supplicantium ut supra et imo ipsos de Sonzino carere debere impetratis ut prefertur, et petit expensas .... intentiones partis adverse et se velle interesse juramentis testium dicte partis adverse non astringens se dictus Piasinus dicto nomine propterea ad probandum nisi ea que sibi sufficiant pro victoria sue presentis questionis et cause. Et insuper dictus Piasinus dicto nomine petiit et requisivit et petit et requirit copiam omnium et singulorum Instrumentorum et jurium et aliorum dari debere, et terminum competentem sibi dicto nomine statim debere ad deliberandum, opponendum et contradicendum quidcquid vult et intendit contra Instrumenta et jura predicta, et hec omnia presente audiente et intelligente Bonino de Moris asserente se sindicum et procuratorem comunis et hominum et universitatis dicte terre Sonzini.

Ego Ghirardus de Albairate notarius et scriba nobilis viri et legum doctoris domini Pauli Arzoni de predictis rogatus.

1397, 2 Maggio.

N. 9. — Replica di Bonino de' Mori, sindaco e procuratore di Soncino, alle impugnative ed opposizioni del rappresentante dei Cremonesi.

Capsa Soncini. B. 15.

MCCCLXXXXVII. Indictione quinta die secundo mensis madii hora vigesima tertia, coram vobis suprascripto domino Paulo Arzono

doctore utriusque juris comissario et delegato suprascripto constitutus Boninus de Moris de Sonzino sindicus et sindicario nomine comunis et hominum Sonzini ut de eius sindacatu constat per cartam rogatam et scriptam per Stefanum de Coduris notarium de Sonzino. Iterum et de novo presente audiente et intelligente Blasino de Blasiis de Cremona sindico et sindicario nomine comunis Cremone non animo litigandi nec litigium faciendi cum dicto Blasino dicto nomine. Sed animo informandi vos dictum Paulum et informationes dandi quod aque pratorum, de quibus fit mentio in supplicatione dicti comunis et hominum Sonzini sunt ipsorum de Sonzino seu dicti Comunis et ipsas tenuerunt et possiderunt pacifice et quiete millesimo ducentesimo trigesimo tertio indictione sexta citra pro ut evidenter apparet per publicum Instrumentum. In quo Instrumento date fuerunt dicto Comuni dicte aque per dominum Abbatem et monachis de Cereto et Abbatem et monasterium de la Cava et in quo Instrumento positum fuit dictum comune Sonzini seu Potestas tunc dicti Comunis recipiens nomine dicti Comunis in possessione dictarum aquarum et lecti predictarum aquarum per dictum dominum Abbatem et Monachos produxit et producit de novo requisitione et omnia alia Instrumenta alegationes et privilegia que hodie produxit coram vobis ipse Boninus hora duodecima in absentia dicti Blasini quibus uti vult et intendit dicto nomine in quantum faciat pro ipso et oponendo et contradicendo scripture hodie dicta hora vigesima tertia productæ coram vobis per dictum Blasinum dixit et dicit ipse Boninus dicto nomine quod non consensit nec consentit dicte scripture imo dixit et dicit per vos non esse recipiendam vigore comissionis vobis facte per prefatum Magnificum et Excelsum Dominum Dominum dum dicit quod volens parcere laboribus et expensis partium, et quod partes non debeant litigare sed quod vos domine Paule ire deberetis super loco dicte novitatis facte seu operis facti per comune Cremone ubi stopatus fuit et est lectus aque pratorum pro ut in supplicatione Comunis... et hominum Sonzini continetur. Et quod si videritis dictum opus esse factum de facto quod ipsum comune et homines Sonzini deberetis restituere in pristinum statum. Unde cum per vos sit visus oculata fide dictus locus et lectus dicte aque et principium ipsius aque et quod dictum opus se dicta novitas fuit facta de facto per Bonzanum de Sumo incantatorem et superstitem (*sic*) dicti operis nomine dicti comunis Cremone ab uno mense citra vel circha pro ut plene et clare habuistis ex confessione et per confessionem, assertionem et protestationem vobis factam super dicto loco per ipsum Bonzanum qui dixit et confessus fuit vobis

quod ipsemet Bonzanus ab uno mense citra vel circha fecit implere de terra dictum lectum aque pratorum per costructionem vie nove quam facit comune Cremone. Et quod antequam fecisset implere dictum lectum aque pratorum. Revera et in veritate aqua decurrebat per lectum dicte aque pratorum ad irrigandum prata terras et possessiones comunis et hominum Sonzini. Et etiam habuistis informationem super dicto loco a multis hominibus, quod sexaginta annis elapsis nisi ab uno mense citra et circha comune et homines Sonzini et ab eo tempore citra quo memoria hominum non estat in contrarium pacifice tenuerunt et possiderunt dictas aquas et lectum dicte aque pratorum. Unde per vos viso titulo seu Instromento dicti domini Abbatis de Cereto et domini Abbatis de la Cava in quo dedit dictas aquas comuni Sonzini et qui vidistis quod possessionem dedit (*sic*) ipsi domini Abbates et Monaci de dictis aquis dicto comuni Sonzini. Et ipse aque nascuntur in Curte Zermignate in terris et possessionibus dictorum dominorum Abbatum de la Cava et de Cereto a quibus habet dictum comune causam et ipsi homines Sonzini nomine dicti Comunis tenuerunt et possiderunt tempore suprascripto ipsas aquas et lectum aque predicte merito de jure et vigore dicte commissionis vobis facte habetis et debetis precipere, dicere, pronunciare, declarare et sententiare, quod dictus Blasinus sindicus et sindicario nomine comunis Cremone et dictum comune Cremone teneantur et debeant eorum propriis expensis infra quatuor dies a die dicte permutationis sub pena vestri arbitrio auferenda et applicanda camere prefati Magnifici et Excelsi Domini Domini sic et taliter quod dicte aque pratorum prout et sicut decurrebant et ubi decurrebant ante dictam spoliationem et ante dictum opus factum et quod fieri fecit nomine comunis Cremone ipse Bonzanus de Sumo qui sua spontanea confessione ita vobis dixit et confessus fuit et sub pena dicto comuni Cremone omnis damni expensarum et interesse, quod patierentur comune et homines Sonzini, quod damnum et interesse dicit et juravit ipse Boninus sindicus et sindicario nomine comunis et hominum Sonzini esse omni die plus quam centum florenorum auri pro non possendo irrigare lina et prata et blada ipsorum comunis et hominum Sonzini et petit et protestatur quod condempnare debeatis dictum sindicum comunis Cremone dicto sindicario nomine in expensis que hucusque sunt florenorum centum auri et in dicto dampno et interesse passo per dictum comune et homines Sonzini hinc retro quod est florenorum mille auri et plures et ita petit et requirit ipse Boninus dicto nomine per vos fieri dici sententiari, declarari, condempnari et precipi

debere non obstante productione et scriptura dicti Blasini dicto nomine cui non consensit dictus Boninus dicto nomine.

Ego Ghirardus de Albairate Mediol. notarius etc.

1397, 4 Maggio.

N. 10. — Istanza di Bonino de' Mori, procuratore dei Soncinesi, diretta al Commissario ducale, affinchè, ad evitare maggiori danni al Comune, sollecitamente decida la lite contro quelli di Cremona, che debbano esser costretti al ripristino.

Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die quarto mensis maj.

Coram vobis spectabili et egregio et sapienti ac justo et legalissimo viro doctori utriusque juris domino Paulo de Arzonibus de Mediolano comissario et delegato etc.

Comparuit Boninus de Moris sindicus Communis et hominum terre et districtus Sonzini dicto nomine dicens petens et requirens cum omni reverentia et humilitate quanta potest a vobis domino Paulo quatenus attento maximo damno et detrimento et maximis expensis quod et quas omni die subportant et patiuntur commune et homines vestri Sonzini pro dicto damno et expensis quas fecerunt et faciunt omni die in expensis, quod damnum pro eo quod lina, prata, blada et res ipsorum essicantur pro eo quod non possunt ipsa irrigare pro ut irrigaverunt ex spoliatione facta et opere facto de facto per commune Cremone ascendent omni die florenis centum auri et plures, velitis et vobis placeat celeriter expedire dictam questionem ut laboribus et expensis et damnis et interesse amplius non fatigentur nec damnum et expensas recipiant. Et pronuntiare dictum opus novum, et factum de facto per dictum commune Cremone seu per Bonzanum de Summo nomine dicti communis Cremone, statim et celeriter reducatur in pristinum statum in quo erat ante spoliationem pronuntiando commune et homines Sonzini posse et debere irrigare eorum possessiones more solito salvo jure dicto communi Cremone in petitorio si quod jus habet quod non est verum, imo si habuisset perdidit propter violentiam et spoliationem commissam citra jus. Et predicta petit etc.

Ego Ghirardus de Albairate notarius Mediol. etc.

1397, 4 Maggio.

N. 11. — Protesta di Bonino de' Mori sindaco di Soncino, al Commissario ducale, perchè non debba accettare alcuna petizione o documento dai Cremonesi presentatigli a loro difesa, se prima non avrà decretato che i Soncinesi vengano restituiti nel pristino stato di possesso delle loro acque.

Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die quarto mensis madii.

Coram vobis nobili et sapienti viro domino Paulo de Arzonibus de Mediolano, doctore utriusque juris, commissario et delegato suprascripto .....

Constitutus Boninus de Moris de Sonzino sindicus et sindicario nomine communis et hominum terre Sonzini, presente et audiente Blasio de Blasiis asserente se sindicum et sindicario nomine Communis Cremone dixit ac dicit cum protestatione sui juris et interesse et protestatus fuit et protestatur quod vos domine Paule non debetis nec potestis de jure nec secundum commissionem vobis factam per Illustrem Principem magnificum et excelsum Dominum Dominum nostrum audire ipsum Blasium dicto nomine nec commune Cremone ad petendum nec recipiendum nec ad producendum aliqua jura nec ad aliqua Instrumenta super proprietate nec facientia mentionem de juribus proprietatis dicte aque nec lecti dicte aque seu spoliationis ipsius aque de qua facta est vobis commissio nisi prius et ante omnia pronuntiaretis dictum opus spoliationis esse reducendum in pristinum statum per commune Cremonae in quo erat ante ipsum opus factum de facto per Bonzanum de Summo nomine communis Cremone, secundum ejus confessionem factam coram vobis et ipso opere in pristinum statum reducto postea cognoschetis, videatis et terminetis de proprietate factis probationibus et productis juribus per partes predictas et eo maxime quia per evidentiam facti et subrectionem oculorum vestrorum et per informationem habitam per vos que inducant et inducunt notoriam et plenam fidem quod dictum opus fuit et est factum ab uno mense citra vel circa de facto spoliando juribus suis dictum commune et homines Sonzini qui vos fidem fecerunt quod a sexaginta annis proxime preteriti citra cum titulo et bona fide construxerunt seu spazaverunt et sguraverunt dictum lectum aque a fontibus et sortilitiis dicte aque usque super territorio Sonzini ad irrigandum possessiones hominum

et communis Sonzini continuando possessiones a dicto tempore citra annuatim et de die in diem usque quo fuit facta dicta spoliatio ab uno mense proxime preterito citra vel circha et maxime attento quod aque predicte et lectus dicte aque nascuntur et est super Curte de Zermegnate in possessionibus hominum de Sonzino, et dominorum Abbatum de Cereto et de la Cava, et quod dicta Curia de Zermegnate non est de districtu nec de territorio communis Cremone, imo de Plebatu Calzi et Plebatus Calzii est communis et hominum Sonzini et datus et vinctus fuit dicti communi Sonzini per Imperatores videlicet dominum imperatorem Henricum millesimo trecentesimo undecimo, et per dominum imperatorem Ludovicum postea, et non obstat Instrumentum renuntiationis quia inferior non potest auferre nec tollere jura nec privilegia Imperialia et sic non prestat aliquod impedimentum dictis privilegiis dictum Instrumentum renuntiationis facte per commune Sonzini, quia Castrum Sonzini cum dicto Plebatu Calzii fuit, stetit, et est septuaginta sex annis et a dicto tempore Camera Imperialis per dicta privilegia et postea fuit dicta renuntiatio absque ignorantia dictis Imperatoribus que renuntiatio non valet de jure nec habet impedire dicta privilegia, imo quod plus est prefatus dominus dominus Dux Mediolani per diem ratificavit et approbavit ipsa privilegia et etiam privilegia Imperatoris et Imperatorum et pro tanto ipsum commune Cremone non habet actionem nec jus aliquod nec aliquam actionem in dicto territorio Calzii nec in Curte de Zermegnate, nec in dictis terris nec aquis existentibus in dicto Plebatu Calzii, nec in Curte de Zermegnate, imo fuit communis et hominum Sonzini.

Ego Ghirardus de Albairate notar. Mediol. etc.... ut supra supscripsi et in actis est.

1397, 12 Maggio.

N. 12. — Nuova petizione del Comune di Soncino, al Comissario ducale, corredata di documenti.

Capsa Sonsini. B. 15.

Coram vobis spectabili et sapienti et honorando doctori utriusque juris domino Paulo de Arzonibus de Mediolano Comissario et delegato electo de infrascriptarum partium voluntate seu ellecto per Illustrem Principem Magnificum et Excelsum dominum dominum Iohannem Galeaz Vicecomitem Ducem Mediolani ac Comitem Virtutem etc. Papie et dominum naturalem suarum civitatum et ter-

rarum et maxime Civitatis et districtus Cremone et terre et districtus Sonzini reperto in numero confidentiam dictarum partium et de exspressa voluntate partium predictarum videlicet Blasini de Blasis de Cremona Sindici et sindicario nomine Comunis hominum et personarum civitatis Cremone et sindicario nomine dicti Comunis hominum et personarum civitatis Cremone pro parte et ex una et Boninum de Moris de Sonzino sindicum et sindicario nomine et vice Comunis universitatis hominum et personarum dicte terre Sonzini ex parte altera de et super quadam invasione occupatione spoliatione seu violentia et quicquid melius dici potest super facta et illata per Comune homines et personas dicte Civitatis Cremone seu quam fieri fecerunt nuper a duobus mensibus proxime preteritis citra Comuni universitati hominibus et personis dicte terre Sonzini super districtum Cremonensi et super aquis et lecto acquarum dicti Comunis et hominum terre Sonzini, quas pacifice et quiete videntibus scientibus et patientibus hominibus et personis civitatis et districtus Cremone. Cum iusto vero et antiquissimo titulo temporis antedicti centum sexaginta annorum et plurium videlicet in lecto qui appellatur lectus acque pratorum, dicens ipse Boninus dicto sindicario nomine quod per dictum Comune et homines Sonzini pridie fuit supplicatum prefato magnifico Domino de dicta spoliatione molestatione inquietatione et violentia quam fecerunt seu fieri fecerunt dicti Cremonenses qui scavezaverunt seu scavezare fecerunt et qui impleverunt seu implere fecerunt indebite de facto et injuste sua audacia et temeritate vasum seu lectum aut alveum dicte acque pratorum solite decurrere per districtum Cremone super districtu Sonzini dicto tempore centum sexaginta annorum et plurium ad irrigandum eorum terras et possessiones et districtus Sonzinis de dictis aquis fontibus et sortiliziis dudum natis et hodie nascentibus in terris Domini abbatis et Monasterii de Lacava et hominum et personarum Sonzini et pro ut in dicta supplicatione fit mentio. Qua supplicatione porecta et exhibita prefato Magnifico Domino ipse prefatus Magnificus Dominus comisit vobis Domino Paulo quod vos transferre deberetis super loco dicte spoliationis et violentie predicte et oculata fide et per evidentium facti que evidentia inducit noturium et si videritis contra jus ipsum Comune et homines Sonzini fore spoliatos de dicta sua acqua a dictis Cremonensibus de facto quod ipsum opus statim facere deberetis reduci in pristinum statum et quia die vigesimo septimo mensis aprilis proxime preteriti presentibus partibus fuistis super loco dicti invasionis spoliationis et violentie et diligenter vidistis oculata fide et

per evidentiam facti cognovistis et examinastis omnia et singula que videre voluistis, quibus visis et inspectis per evidentiam facti die predicto vigesimo septimo mensis aprilis postea in hospitio Arigeti de Opreno hospitis in Burgo Porte Sero Sonzini precepistis personaliter suprascriptis Sindicis utriusque partis nec non hominibus Cremone et Sonzini ibi presentibus audientibus et intelligentibus et hoc preceptum sponte suscipientibus quod ipsi Sindici dictis nominibus et ipsi homines Cremone et Sonzini si putant sua interesse debeant personaliter coram Vobis Domino Paulo in Mediolano comparere et producere coram vobis omnia jura que producere debent ipse Partes per omne genus probationis et quod die veneris sequenti sint ipsi Sindici dictis nominibus et ambe partes in Mediolano coram vobis ad videndum et audiendum vos in scriptis declarare seu permutare intentionem vestram super predictis, alioquin etc. et pro ut sic velaliter in dicto precepto fit mentio.

Quocirca ipse Boninus dicto sindicario nomine petiit et petit a vobis prefato Domino Paulo comissario et delegato ut supra quatenus.... exceptionibus et oppositionibus frivolis subterfugiis et exceptionibus partis adverse relitis ei debeatis dicere precipere pronunciare et declarare quod ipse Sindicus dictorum Cremonensium et Comunis et hominum Cremone stati omni mori sublata teneatur et debeat sub pena vestro arbitrio aufferenda ipsum lectum acque Pratorum ibi ubi impletum est de terra debeat in pristinum statum infra tres dies reduxisse videlicet in statu quo erat ante dictam novitatem factam ad hoc ut ipsi homines Sonzini possint et valeant possidere dictas suas acquas et ipsis siti pro ut usi fuerunt irrigando earum terras et possessiones centum sexaginta annis et plurium et si infra dictum terminum trium dierum, dicte vestre pronuntie et declarationis facte non reduxerit dictum opus in suum pristinum statum quod teneantur ipsi Cremonenses ad dampnum et interesse et sit licitum dictis hominibus Comuni et Universitati Sonzini licite et impune ire ad reducendum manualiter dictum opus in suum pristinum statum in quo erat ante dictum opus indebite factum, alias si non possent irrigare eorum prata ac linum bladum et eorum possessiones more solito et antiquissimo in brevissimo tempore subportarent dampnum de florenis duobus mille auri et pluribus, protestans ipse Boninus dicto nomine de dicto dampno et interesse et de expensis quas expensas taxavit huc usque esse florenorum centum sexaginta auri et plurium, quas expensas dampnum et interesse petunt ipsi de Sonzino seu ipse Boninus dicto nomine ac etiam petunt notificant et protestantur ipsi de Sonzino et dictus Boninus dicto nomine ut

ita debeatis declarare precipere et condempnare ut supra et etiam vellitis ipsos Cremonenses condempnare seu dictum eorum Sindicum dicto nomine reducto dicto opere in pristinum statum ad non molestandum nec turbandum dictos de Sonzino ne dictum Comune nec aliquem ipsorum in possessione vel quasi possessione dicti lecti acque pratorum nec fontium aut sortiliziarum seu acquarum decurrentium per dictum lectum acque pratorum de cetero nec in lecto nec in aquis fontibus et sortiliziis decurrentibus in lecto acque Molendinorum nec aque Cagaluzie ac etiam velitis et debeatis dictum Comune et homines Cremone condempnare de dicta violentia et invasione et in dicto dampno expensis et interesse. Et in casu quo expediret ipsum Boninum dicto sindicario nomine seu dictum Comune et homines Sonzini vobis deberet aliquid debere verificare, quod non creditur propter evidentiam facti que inducit notorium et facit plenam fidem et legitimam probationem. Adhuc producunt ipsi de Sonzino et ipse Boninus dicto nomine infrascipta sua jura probationes privilegia statuta et alegationes quibus omnibus uti volunt dicto nomine et in quantum faciat pro ipsis, et aliter nec alio modo protestantes dicto nomine ipsi de Sonzino et ipse Boninus dictum Sindicum Cremonensem nec dictos Cremonenses esse audiendum ad probationem sui juris sed potius esse reppelendum donec ipsi de Sonzino spoliati fuerint in pristinum statum reducti. Protestantes insuper ipsi de Sonzino quod ipsi Cremonenses et dictus eorum Sindicus dicto nomine si quod jus habebant perdidisse per L. si quis in tantum C. unde in et ita debere pronunziare. Et que jura non producunt animo litigandi sed pro vestra informatione pro dicta spoliatione et violentia eis facta salvando et reservando dicto Comuni et hominibus Cremone omni suo jure si quod habent in dictis aquis in petitorio. Primo suprascripti Sindicus et homines Sonzini produxerunt et producunt et deponunt penes vos dominum Paulum supplicationem ipsorum de Sonzino per eos datam et exibitam magnifico domino nostro et in suo consilio quam habetis penes vos.

Item commissionem vobis factam per prefatum magnificum dominum dominum nostrum inter cetera continentem quod vos transferri deberitis super dicto loco violentie et spoliationis predicte subiciendo oculis dictum locum et quod si videritis Comune et homines Sonzini esse spoliatos de facto per dictos Cremonenses quod statim in pristinum statum deberitis reducere et reduci facere dictum opus et hanc comissionem habetis penes vos per litteras prefati magnifici domini domini nostri in quibus est inserta supplicatio

Comunis et hominum terre Sonzini. Miserere, miserere et iterum miserere velitis hominum Sonzini spoliatorum audacia et temeritate Cremonensium, quia fama vestra domine Paule justitia legalitate et scientia per totum orbem resonat universum. Et ne tanta injustitia audatia et temeritas vindicet sibi locum quia non sumus potentes in litigia cum ipsis Cremonensibus.

Item producunt instrumentum unum publicum donationis et concessionis facte et date Comuni et hominibus Sonzini per dominum abbatem tunc et monachos et monasterium De la Cava centum sexaginta annis et pluribus elapsis cujus domini abbatis et monasterii predicti et hominum de Sonzino erant et hodie sunt terre et possessiones existentes super jurisdictione Cremone tam super territorio Zermignate et Marzole plebatus Calzi. In quibus terris et possessionibus hinc retro dictis temporibus nate fuerunt et hodie nascunt acque fontes et sortilitie acquarum alvei seu lecti acque pratorum et alvei et lecti acque Melandinorum et que acque dictorum amborum lectorum dictis centum sexaginta annis et pluribus suum decurium pacifice et quiete sine ulla molestia dictorum Cremonensium fecerunt videntibus et patientibus ipsis Cremonensibus super districtu Sonzini et supra Castrum Sonzini et de sublutus Castrum Sonzini, de quibus acquis a dicto tempore citra, et ab eo tempore citra quo memoria hominum non estat in contrarium pacifice et quiete eorum possessiones irigaverunt ut supra ac eorum molendina macinare fecerunt et ipsas acquas pacifice et quiete tenuerunt et possiderunt nullo contradicente semper omni anno spazando sgurando et ampliando dictos lectos acquarum nisi a duobus mensibus citra, a quo tempore citra temeritate ipsorum Cremonensium clam spoliati fuerunt dicto lecto acque pratorum et . . . . . spoliare homines Sonzini dicta acqua molendinorum de facto et non de jure.

Item producunt privilegium seu autenticham privilegii domini Imperatoris Henrici.

Item producunt privilegium domini Imperatoris Lodovici.

Item quam plura statuta Comunis Sonzini.

Item Alegationes pro parte Comunis et hominum Sonzini.

Ex quibus juribus et vigore quorum jurium et per evidentiam facti et dicti operis nuper per dictos Cremonenses facti in spoliando Comune et homines Sonzini et dictis suis juribus aquarum debetis et tenemini de jure dictum Comune et homines Sonzini spoliatos in pristinum statum reducere et reduci facere statim et ante omnia et ante quam ipsi Cremonenses audiantur ad prosequ-

tionem sui juris. Et ita petunt per vos fieri debere pro ut supra petitum est per ipsos de Sonzino ne error novissimus sit pejor priore, quia homines de Sonzino magni et parvi et mulieres ipsorum morirentur . . . . super loco violentie si ipsi spoliati non restituerentur quia terra Sonzini esset destructa et nihil valeret.

Ego Ghirardus de Albairate Mediol. notarius etc.

1397, 8 Giugno.

N. 13. — Opposizione di Bonino de' Mori alla proroga chiesta dai Cremonesi, e decreto del Commissario ducale che assegna la nuova comparsa pel 15 luglio.

Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die veneris octavo junii, in horis vesperarum. Comparuit et se presentavit coram egregio et sapiente legum doctore domino Paulo Arzono commissario et delegato pro tribunali sedente sub colegio judicum civitatis Mediolani posito in brolo novo dicte civitatis, Abraminus de Ponzonibus, sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine comunis, hominum et universitatis civitatis Cremone, pro ut de ipsius Abramini sindicatu, procura et mandato constat publico Istrumento rogato et scripto per Manfredinum de Alia notarium alias producto per Piasinum de Piasiis etiam sindicum et procuratorem comunis, hominum et universitatis Cremone in questione et causa suprascripta, quod Istrumentum sindicatus procure et mandati dictus Abraminus dicto nomine iterum de novo produxit et producit coram dicto Domino comissario et delegato predicto sedente ut supra ac deposuit dimisit et relaxavit penes et apud me Ghirardinum de Albairate notarium Mediolani, et in hac parte prefati domini Commissarii et delegati, quo utitur et uti vult in presenti questione et causa, paratum de eo copiam facere cuicumque de jure habere debenti occasione citationis et precepti factorum et missorum dicto Piasino de Piasiis etiam sindico et procuratori et sindicario et procuratorio nomine dictorum comunis hominum et universitatis Cremone ad instantiam Bonini de Moris se asserentis sindicum et procuratorem dictorum, comunis hominum et singularum personarum terre Sonzini et contentorum in eis et dixit dictum Boninum se asserentem ut supra non posse nec debere renunciare residuo temporis dilationis eidem statute, maxime in prejudicium comunis Cremone et dominum Paulum non posse nec debere publicare necque declarare pro apertis et publicatis, aliquos testes et eorum dicta,

sacramenta et attestationes producta in dicta questione et causa per Boninum antedictum se ut supra asserentem maxime cum dominum Abraminus dicto nomine probare velit et intendat in dicta questione et causa de iuribus comunis Cremone infra terminum sibi per dictum dominum Paulum comissarium et delegatum predictum assignandum. Et hec omnia presente et intelligente dicto Bonino se asserente ut supra.

Die veneris octavo junii suprascripto, in horis vesperarum predictis, suprascriptus dominus Paulus Arzonus comissarius et delegatus predictus pro tribunali sedens in loco predicto, audicta et intellecta suprascripta comparicione dicti Abramini dicto nomine constituti in causa, omni modo via jure forma et arbitrio quibus melius potuit et potest, statui et assignavit terminum dicto Abramino dicto nomine ibi presenti et intelligenti probandi quidquid vult et potest de jure in questione et causa suprascripta usque ad quintam decimam diem mensis julii proxime futuri inclusive. Et hoc presente et intelligente dicto Bonino de Moris se asserente ut supra.

Ego Ghirardus de Albairate not. Mediolanensis etc.

1397, Luglio.

N. 14. — Citazione fatta ai Cremonesî di presentarsi al Commissario ducale pel 13 del mese di agosto.

Ex parte sapientis viri domini Pauli Arzoni legum doctoris de Collegio Iudicum Mediolani et cui hoc negotium spectabit, fuit et est comissum per litteras magnifici et excelsi domini domini Ducis Mediolani etc. ad partem Bonini de Moris sindaci et procuratoris et sindichario et procuratorio nomine communis et hominum Castri de Sonzino . . . . . . in fine legiptime et perhemptorie Piascinus de Piasciis, Jacobus Lupus et Abramus de Ponzonis, omnes sindici et procuratores communis et hominum civitatis Cremonae et per eos dicti commune et homines dictae civitatis Cremonae et inter dictum commune et homines dicte civitatis Cremone quatenus veniant et compareant sub Collegio Iudicum Mediolani coram prefato Domino Paulo comissario et delegato ad videndum per ipsum Dominum comissarium et delegatum legi proferri publicari et pronunciari sententiam diffinitivam in causa et questione vertente inter partes predictas occasione illius aque seu illarum aquarum que apellantur aque pratorum de quibus agitur quarum occasione questio vertitur

inter partes predictas et etiam in omni et qualibet causa et questione vertente inter partes predictas coram ipso Domino comissario et delegato ut supra et ad videndum fieri expedire et explicare omnia et singula in predictis et circa predicta necessaria et omnia et singula que fieri circa predicta necessaria voluerint et expediverint et ad respondendum de jure dicto Bonino dictis nominibus predictis et occasione predictorum alioquin etc. terminus est die lune XIII (decimo tertio) mensis Augusti proxime intrantis...... cadat die in terziis et si predicta non fecerit cadat die in terziis...... cadat die vesperis et sic successive et de die in diem de hora in horam, et de momento in momentum cum continuatione temporis et horarum donec predicta omnia et singula que fierint adimpleta Scripta per Ambrosium de Glustiano qui citatus fuit per Gulielmum de Carono procuratorem communis Mediolani.

Ego Ghirardus de Albairate notar. Mediol. etc.

1397, 26 Luglio.

N. 15. — Proroga chiesta et ottenuta ad emettere la sentenza.

Dux Mediolani etc. Papie et Virtutum Comes.

Annuentes requisitioni sapientis juris utriusque doctoris domini Pauli Arzoni qui nobis super exhibuit continentie subsequentis videlicet: Illustri et excelse Dominationi vestre humiliter suplicat pro parte vestri fidelis famuli Pauli Arzoni de collegio Iudicum vestre civitatis Mediolani ut cum prefata dominatio dignata fuerit sibi committere quandam questionem certarum aquarum vertentem inter commune et homines vestri castri de Sonzino ex una parte et commune et homines vestre civitatis Cremone ex altera per litteras vestre Dominationis et cujus questionis Instantia expirat die lune proxime futuro in qua quidem questione producta fuit et est hinc inde maxima multitudo testium quorum dicta et attestationes non possunt in tam brevi termino examinari. Quatenus prelibata vestra dominatio dignetur dictam questionem et tempus et instantiam dictae questionis prorogare usque ad tertiam decimam diem mensis augusti proxime futuri per totam diem ad hoc ut dicta questio possit mature per me examinare et ad hoc ut in questione predicta ipse parte possint jus et justitie complimentum reportare quod jus cum justitia prelibata vestra dominatio alieni privato nunquam fuit solita degenerare harum serie questione de qua supra fit mentio ac ejus tempus et instantiam prorogamus usque ad tertiam decimam diem

futuri proxime mensis augusti per totam diem et prorogatam esse jubemus et hoc presentibus sindicis seu procuratoribus dictarum partium et annuentibus hujusmodi requisitioni dicti domini Pauli data Mediolani, die 26 julii 1397.

1397, 13 Agosto.

N. 16. — Sentenza.

Dux Mediolani, etc. Papie et Virtutum Comes.

Vidimus et diligenter examinavimus supra scriptas petitiones seu requisitiones et suprascriptam Comissionem ac etiam suprascriptas literas cum supplicatione in eis introclusa, et omnia suprascripta, atque etiam vidimus et diligenter examinavimus quandam aliam petitionem seu requisitionem factam pro parte dictorum communis et hominum de Sonzino die mercurii duodecimo mensis madii proxime preteriti, et etiam certas exceptiones propositas pro parte dictorum communis et hominum de Cremona die mercurii secundo mensis madii proxime preteriti et omnia et singula in eis contenta ac etiam omnes alias petitiones et requisitiones et exceptiones factas et propositas per utraque parte et qui etiam vidimus et diligenter examinavimus certa statuta dicte civitatis Cremone et etiam certa alia statuta dicte terre de Sonzino nobis per utramque partem coram nobis productorum et ellectionis notariorum super ipsis capitulis electorum scilicet ellectionem Antonioli de Cauziis notarii ellecti pro parte communis et hominum terre de Sonzino et ellectionem Antonini de Rolandis notarii ellecti super capitulis probe productis pro parte communis et hominum civitatis Cremone et omnes et singulos testes hinc inde productos super ipsis capitulis probe et eorum sacramenta dicta et attestata et qui etiam vidimus et diligenter examinavimus productiones hinc inde factas scilicet per utramque partem coram nobis factas et omnia et singula Instrumenta, privilegia, jura processus et scripturas de quibus in dictis productionibus fit mentio et omnia et singula in eis contenta, et qui etiam vidimus, audivimus et diligenter examinavimus omnia et singula ea que ipse partes et earum et utriusque earum procuratores et advocati coram nobis dicere producere et ostendere voluerint et qui super predictis omnibus et singulis diligentem et maturam deliberationem et examinationem habuimus et habere voluimus Christi nomine invocato ejusque auxilio implorato omnibus modo jure via et forma quibus melius possimus dicimus et promittimus

et per nostram sententiam deffinitivam in hiis scriptis pro tribunali sedentes subtus Collegium Jurisperitorum Mediolani situm in Brolio novo communis Mediolani super quodam bancho posito subtus dictum Collegium quod banchum et quem locum pro infrascriptis specialiter peragendis ellegimus et elligimus super predictis litteris et super hac petitione in quantum concernunt possessionem declaramus dictos commune et homines Sonzini fuisse et esse spoliatos de facto possessione aque et ductus ipsius aque que apellatur acqua pratorum et ipsos et dictum Boninum sindicum et sindicario nomine ipsorum communis et hominum Sonzini debere restum ad dictam possessionem et eos restituimus ac etiam dictum Piasinum sindicum et sindicario nomine dictorum communis et hominum Cremone et per eum ipsos commune et homines Cremonae et item ipsos commune et homines Cremonae comdemnamus ad reducendum et quod reducat seu reducant dictum lectum dicte aque pratorum ibi ubi impletum fuit de terra in pristinum statum, videlicet taliter quod aqua prædicta possit decurrere per dictum lectum sine lesione dictorum communis et hominum terre Sonzini et taliter et in eo statu ut ipsi commune et homines Sonzini possint et valeant possidere dictam aquam et ea uti pro ut utebantur ante dictam novitatem factam ut supra videlicet irrigando eorum terras et possessiones cum minori tamen lesione dicte strate et fossati facti seu cave facte penes dictam stratam in quam cavam seu dictum fossatum immediate post dictam novitatem dicta acqua cepit decurrere quam fieri possit ac etiam dictum Piasinum sindichum dicto nomine et per ipsos dictos commune et homines Cremone condemnamus ad non molestandum nec turbandum dictos commune et homines de Sonzino nec aliquem eorum in dicta possessione vel quasi dicti lecti aque pratorum nec acquarum decurrentium per dictum lectum acque pratorum, de cetero salvo jure petitorum utrique parti.

Item dicimus et pronuntiamus et per nostram sententiam diffinimus in hiis scriptis pro tribunali sedentes ut supra preficimus, absolvimus et absolutos reddimus dictos commune et homines Cremone, et dictum Piasinum dicto nomine ab ea parte in qua in dictis petitionibus vel aliqua earum petitum est per dictum Boninum dicto nomine dictos commune et homines Cremone comdemnamus debere ad restituendum damnum et interesse quod in ipsis petitionibus seu aliqua earum asseritur per ipsum Boninum dicto nomine dictos commune et homines terre Sonzini passos fuisse quum non constat per productionem nec ostensionem coram nobis de aliqua certa quantitate damni et interesse, et etiam absolvimus

et absolutos reddimus dictos commune et homines Cremonae et dictum Piasinum dicto sindicario nomine ab illa parte in qua in dictis petitionibus seu aliqua eorum continetur quod . . . . debeat per nos dictos commune et homines de Cremona et dictum Piasinum eorum sindicho dicto nomine si quod jus habebant in dictis aqua et lecto aque pratorum ipsum jus perdidisse per legem si quis in tantam . . . . . unde si et hoc quoniam per producta et hostensa coram nobis non sunt verificata integraliter ea que requirunt ad hoc ut benefitium dicte legis si quis tantam locum habere debeat.

Item dicimus et pronuntiamus et per nostram sententiam difinitam in hiis scriptis pro tribunali sedentes ut supra super aquas molendinorum de quibus fit mentio in dictis superius declaramus dictos commune et homines Sonzini non fuisse spoliatos possessionis seu quasi dicte aque per dictos commune et homines Cremonæ.

Item dicimus et pronuntiamus et per nostram sententiam deffinitivam in hiis scriptis pro tribunali sedentes ut supra reservamus et reservatum esse volumus utrique dictarum partium jus petitorii et ipsum petitorium possendi postquam ac declaramus per predicta omnia suprascripta nec per aliquod eorum non esse factum nec fieri debere aliquod prejuditium dictis partibus nec alicui eorum in petitorio prædicto et quin ipse partes vel utraque earum possint prosequi dictum petitorium quemadmodum potuissent et possint si predicte pronunciatione numquam facto forent et ipsas partes absolvimus ab expensis in hac causa factis.

Lecta, lata, publicata et prenuntiata fuit et est suprascripta sententia per prefatum sapientem virum dominum Paulum Arzonum legum dectorem comissarium et delegatum ut supra pro tribunali sedentem super predicto bancho sito subtus predictum collegium Jurisperitorum Mediolani situm ut supra quod banchum et quem locum ipse dominus comissarius et delegatus ellegit et eligit pro suo tribunali et loco idoneo in hac parte pro infrascriptis peragendis in omnibus et per omnia et de verbo ad verbum pro ut superius continetur. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die lune tertio decimo mensis augusti in vesperis hora causarum. Et hec omnia presentibus dictis Piasino de Piasiis et Bonino de Moris prædictis nominibus, qui Piasinus dictis nominibus dixit se predictis minime consentire quantum est in et pro partibus in quibus predicta faciunt contra dictum commune Cremonae, et ipsum dictis nominibus pro eo in partibus viro et punctis in quibus predicta tendunt et faciunt in favorem dicti communis causa sola tan-

tum approbat et confirmat reservans sibi dicto nomine jus appellandi et de nullitate dicendi in et pro partibus predictis in quibus predicta faciunt et sunt contra dictum commune Cremonae et qui Boninus dictis nominibus dixit se predictis non consentire in aliquo quod sit vel esse possit in ejus dictis nominibus prejuditium et acceptare in quantum sunt et faciunt et esse et facere possunt in ejus dictis nominibus favorem et non aliter nec alio modo nec ultra nec in plus. Actum subtus predictum collegium jurisperitorum Mediolani situm ut supra. Interfuerunt ibi testes Ambrosius de Glusiano filius quondam domini Beltrami porte nove parochie Sancti Damiani in carubio notus, Aresyminus de Cayrate filius quondam domini Zanni porte verceline parochie Sancte Marie ad portam, Baldesar de Albayrate quondam domini Gasparis portæ Romanæ parochiæ Sancti Nazarii in brolio, ed Antoniolus de busti filius quondam domini Antoldi portæ horientalis parochie Sancti Petri ad ortum similiter notus. omnes civitatis Mediolani rogati et idonei.

Ego Girardus de Albayrate filius quondam domini Gasparis, civitatis Mediolani porte Romane parochie Sancti Nazarii in brolio notarius et in hac parte notarius prefati domini Pauli comissarii et delegati ut supra rogatus tradidi et subscripsi.

Ego Mafeus de Gradi filius quondam domini magistri Lazari civitatis Mediolani porte nove parochie sancti Stefani ad Nusigiam notarius scripsi.

60.

1408, 6 Aprile.

Concessione del feudo di Soncino, eretto in Contea dal duca Giovanni Maria Visconti, a favore di Cabrino Fondulo.

In Christi nomine amen. Hoc est exemplum seu transumptum cujusdam privilegii sive Instrumenti, Investiture feudi honorifici et Comitatus Roche Castri et terre Soncini cum suis pertinentiis et juribus universis facte et concesse per illustrem principem et dominum dominum Johannem Mariam Anglum Ducem Mediolani etc. Comitem Anglerie ac Bononie Senarum et Perusii dominum, ejus vera bulla cerea alba pendente in cordula sericea rubei coloris bullati in cujus bulle medio impressum erat signum seu arma prefati Ducis in forma scuti ad quarterios vipere et liliorum In circumfuso vero spatio circulariter impresse seu circumscripte erant forma Crucis et littere tenoris huiusmodi ✠ S.r Johannis Marie

Angli Ducis Mediolani etc. Comitis Anglerie, ac Bononie Senarum et Perusii domini, ac rogatum traditum et subscriptum per Donatum de Cisero de Herba filium quondam domini Marchixii civitatis Mediolani porte Cumane parochie sancti Protaxii ad monachos imperiali auctoritate notarium, ac ejus Donati jussum scripti et subscripti per Blasium de Cisero filium quondam domini Petroli porte Romane parochie sancti Nazarii in Brolio civitatis Mediolani notarium. Cujus quidem privilegii seu instrumenti investiture feudi honorifici et comitatus tenor talis est, videlicet.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Sane justitia diligit et semper colende convenit honestati ut benemerentibus et probitatis opera facientibus premia redolescant. Quin imo semper sublimia decet imperia ut fidelibus suis pro acceptis servitiis plus conferant vel tantundem, sic enim virtuti virtus astruitur, sic bene agendi crescit affectio, sic demum maioris perenniorisque fidelitatis materia generatur. Universis igitur et singulis presentem paginam inspecturis pateat quod anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo octavo, indictione prima, secundum morem Mediolanensem die veneris sexto mensis aprilis in felici gloriosaque civitate Mediolani, in curia residentie illustrissimi principis et excellentissimi domini domini Ducis Mediolani etc. Illustrissimus namque prefatus princeps et excellentissimus dominus dominus Johannes Maria Anglus Vicecomes Dux Mediolani etc. Anglerieque Comes natus nunquam delende memorie quondam illustrissimi principis et excellentissimi domini domini Johannis Galeaz Vicecomitis olim Ducis Mediolani etc. residens in civitate prefacta, et in ejus curia memorata constructa in porta Romana in parochia sancti Johannis ad fontes civitatis ejusdem, certis bonis dignissimisque respectibus et considerationibus ad considerationem et augmentum decorationemque sui ducatus et status tendentibus motus, considerans presertim evidentem et pervigilem promptitudinem magnifici domini Cabrini Fondulli quam in prefati domini domini.. Ducis obsequiis et servitiis habuit diutius indefessam et quam instanter circa eadem liberaliter adversus perfidos prefati domini.. Ducis emulos dietim veluti nefanda rebelione contactos amplius eructantes et contra prelibatum dominum.. Ducem et eius statum anhelantes obtulit atque offert. Que omnia et etiam alia quamplura prefati domini Cabrini benemerita prelibatus dominus dominus.. Dux firmiter sue habens memorie hiis utique animo et intentione ut per aliqualem (*sic*) premissorum retributionem prefato domino Cabrino bene et feliciter serviendi cres . . . . affectio et aliis hec cedant exemplo benefaciendi,

et de ipsis omnibus certificatus, et adhibitis ad hec omnia et singula et quodlibet eorum omnibus et singulis solemnitatibus tam facti quam juris et in talibus et similibus debitis necessariis et opportunis ac requisitis tam de consuetudine quam de jure et quam etiam ex natura huiusmodi et similium contractuum et tam intrinsecus quam extrinsecus non errore aut improvide c....a absolute et de plenitudine potestatis per se suosque heredes et successores imo sponte et ex certa animi scientia et matura deliberatione prehabita et cum plenissima cause cognitione procedente et ex justa causa quam pro expressa et expressata prefatus dominus dominus .. Dux perpetuo vult haberi motuque proprio et etiam cum deliberatione et consensu magnifici domini domini Karoli de Malatestis gubernatoris sui ac omnibus modo jure via et forma quibus melius et validius dici fieri et esse potest providum Virum Mondollum de Padua legitimum procuratorem ac nuncium specialem specialiter et expresse ad hoc constitutum per prefatum magnificum dominum Cabrinum ac procuratorio nomine ipsius domini Cabrini ut constat per ejusdem patentes litteras dat. Cremone die primo aprilis millesimo quadringentesimo octavo, prima indictione, signat. Franciscus, manu propria prefati domini Cabrini et subsignat. Franciscus, meque Donatum notarium infrascriptum personam publicam presentes stipulantes et recipientes nomine et vice prefati domini Cabrini ejusque heredum et successorum descendentium masculorum et etiam omnium et singulorum quorum interest aut interesse potest quomodolibet in futurum, et predictum Mondollum procuratorem ut supra meque notarium prefatum dominum Cabrinum et item ipsum dominum Cabrinum licet absentem et pro se domino Cabrino ejusque heredibus et successoribus ut supra jure recti feudi aviti et paterni antiqui honorifici nobilis et gentilis et in rectum feudum avitum et paternum antiquum honorificum nobile et gentile ita tamen et taliter quod sapiat et omnino pacto speciali sapiat solemni stipulatione vallato naturam recti feudi aviti et paterni antiqui honorifici nobilis et gentilis quoad successionem honores jura et alia comoda prefato domino Cabrino et eius heredibus et successoribus descendentibus masculis obventa legitime, et servatis servandis, investivit ac ibidem procuratorio nomine quo supra presentialiter investit de Rocha Castro et terra Soncini cum pertinentiis universis et cum iurisdictione totali daciis et pedagiis et cum regiminibus iurisdictionibus juribus limitibus districtibus fortiliciis pertinentiis hominibus nemoribus pratis bonis possessionibus pascuis aquis et aquarumque conductibus venationibus honorantiis et aliis quibuscumque graciis libertatibus et

indultis spectantibus et pertinentibus prefato domino domino.. Duci Mediolani. Et cum auctoritate et potestate mercata publica et nundinas celebrari faciendi datia pedagia et gabellas et alia quecumque onera realia personalia et mixta imponendi et exigendi et exigi faciendi, et cum mero et mixto imperio atque omnimoda jurisdictione et plena gladii potestate et exercitiis eorum omnium et singulorum et cum totali franchisia et immunitate, et etiam a quibuscumque oneribus realibus personalibus et mixtis ordinariis et extraordinariis quocumque nomine censeantur etiam per prefatum dominum.. Ducem vel ejus successores impositis vel imponendis ut a modo in perpetuum prefatus dominus Cabrinus ejusque heredes et successores ut supra possit et valeat sine contradictione alicuius persone et maxime prelibati domini domini.. Ducis ejusque heredum et successorum et quibus dederit et agentium pro eo vel eis libere et pacifice uti frui gaudere tenere et possidere et quasi predicta bona infeudata et eorum possessiones bona jura iurisdictiones honorantias datia et pedagia et alia quecumque suprascripta cum omnibus et singulis excessibus augmentis ingressibus egressibus et regressibus ad ea spectantibus et pertinentibus et abinde dependentibus coherentibus et connexis et que etiam spectaverunt et pertinuerunt atque spectare et pertinere potuerunt et possunt prelibato domino.. Duci in predictis omnibus et singulis et coniunctim et divisim et ut melius valere potest, et etiam de omnibus et singulis suprascriptis et infrascriptis atque dependentibus, coherentibus et connexis disponere pro libito voluntatis. Porro prefatus dominus dominus.. Dux sponte et de plenitudine absolute potestatis et ex certa animi scientia et matura deliberatione prehabita ac etiam cum consensu et deliberatione prefati domini Karoli gubernatoris sui volens liberalitatem et munificentiam suam in prefatum dominum Cabrinum ulterius fundere et eidem sincerius elargiri prefatum dominum Cabrinum tenore presentium Comitem predicte terre Soncini fecit, creavit et erexit, et facit, creat et erigit. Ita quod de cetero dicta terra Soncini Comitatus obtineat dignitatem, et Comitatus perpetuo nuncupetur, prefatusque dominus Cabrinus cum suis heredibus et successoribus ut supra dicte terre Soncini et Comitatus ejusdem vocetur et sit Comes, et eidem prefatus dominus dominus Dux dictam terram Soncini cum suis juribus et pertinentiis universis in Comitatum cum titulo Comitatus adhibuit et adiecit. Volens et decernens eundem dominum Cabrinum a modo in antea Comitem esse et appellari, ac omnia et singula juxta dignitates et preheminentias habere et eidem competere que aliis Comitibus spectant et pertinent de jure. Dans

cedens concedens et mandans atque comittens prelibatus dominus dominus.. Dux suprascripto Mondollo procuratorio nomine quo supra et per ipsum procuratorem prefato domino Cabrino Comiti et item ipsi domino Cabrino Comiti licet absenti atque michi notario infrascripto ut publice persone presentibus stipulantibus et recipientibus nomine et vice prefati domini Cabrini Comitis ejusque heredum et successorum ut supra in predictis omnibus et singulis et predictorum occasione plenarie et totaliter vices suas, ac illam omnimodam libertatem plenam potestatem et auctoritatem etiam absolutam quas prelibatus dominus dominus.. Dux habuit et habet et habere posset quoquomodo in omnibus et singulis suprascriptis et quolibet ipsorum et ipsorum occasione, et etiam omnia et singula iura omnesque actiones et rationes utiles et directas reales et personales atque mixtas atque utilia directa realia personalia et mixta, atque jus implorandi officium quodcumque judicis casu opportuno competentes et competitura prefato domino Duci in rem et in personam. Et etiam tam ex causa de preterito quam etiam ex causa de presenti, et de futuro quecumque et qualiacumque sint in predictis omnibus et singulis suprascriptis et ipsorum quolibet et etiam ipsorum omnium et singulorum suprascriptorum ratione et occasione, et ita et taliter quod prefatus dominus Cabrinus Comes ejusque heredes et successores ut supra et cui vel quibus dederit possit vel possint de cetero pro predictis Rocha, Castro et terra Soncini, et eorum territorio juribus jurisdictione honorantiis atque daciis et gabellis, et etiam pro omnibus et singulis aliis suprascriptis bonis hominibus pertinentiis preheminentiis arbitriis facultatibus possibilitatibus et aliis quibuscumque et ut supra tam in judicio quam extra agere petere experiri exigere recipere habere defendere et eius uti frui et gaudere suo proprio nomine et etiam ut de re sua propria facere et disponere quemadmodum et prout potuit potuisset et poterat prelibatus dominus Dux ante presentem Investituram feudalem et Comitatus creationem contra quamcunque personam comune Collegium locum et universitatem et in predictis omnibus et singulis Castro et terra et ejus territorio bonis hominibus juribus et omnibus et singulis aliis suprascriptis prelibatus dominus dominus.. Dux predictum Mondolum procuratorem et procuratorio nomine prefati domini Cabrini Comitis et pro eo ibi presentem et ut supra stipulantem et recipientem et per ipsum procuratorem prefatum dominum Cabrinum Comitem licet absentem atque me notarium jamdictum stipulantem et recipientem ut supra quoad omnia et singula suprascripta et in omnibus et singulis suprascriptis posuit in locum, jus et statum prefati do-

mini.. Ducis, salvo semper jure fidelitatis debite et superioritatis. Insuper prelibatus dominus dominus.. Dux per se et suos heredes et successores et quibus dederint solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus solemniter promisit suprascripto Mondollo procuratori et procuratorio nomine quo supra et etiam michi notario infrascripto et utrique nostrum stipulantibus et recipientibus nomine et vice prefati domini Cabrini Comiti ejusque heredum et successorum ut supra directe vel per indirectum prefato domino Cabrino Comiti atque ejus heredibus et successoribus ut supra in et super predictis et quolibet predictorum et infrascriptorum aut aliquo vel aliquibus ex eis aliquam litem questionem placitum controversiam seu causam non movere nec aliqualiter moventi favere aut consentire et se se dictis modis et nominibus liberos quod prelibati domini domini.. Ducis et agentes pro eis non inquietare prefatum dominum Cabrinum Comitem nec ejus heredes et successores ut supra in proprietate vel quasi possessione vel quasi omnium predictorum nec aliquorum aut alicuius eorum et eum in possessione libere manutenere et defendere. Et volens prelibatus dominus dominus.. Dux in prefatum dominum Cabrinum Comitem licet absentem et in predictum Mondollum ejus procuratorem atque me notarium infrascriptum presentes et ut supra stipulantes et recipientes transferre plenum dominium et quasi et possessionem et quasi omnium et singulorum bonorum predictorum Castri terre et bonorum datiorum pedagiorum hominum et jurium omnium et singulorum suprascriptorum constituit se prelibatus dominus dominus.. Dux possidere et quasi pro prefato domino Cabrino Comite ejusque heredibus et successoribus ut supra omnia et singula suprascripta in Feudum et Comitatum data donec de predictis omnibus et singulis suprascriptis prefatus dominus Cabrinus Comes corporalem et quasi possessionem acceperit, quam etiam accipiendi sua propria auctoritate et etiam sibi deinceps retinendi eidem domino Cabrino Comiti licet absenti et predicto ejus procuratori dicto nomine et michi notario infrascripto presentibus et ut supra stipulantibus et recipientibus omnimodam licentiam potestatem bayliam et auctoritatem dedit tribuit et concessit, et si quam prefatus dominus Cabrinus Comes habet et nunc eidem ex certa scientia etiam confirmavit omnibus modo jure via et forma et causa quibus melius potuit atque potest. Qui quidem Mondollus procuratorio nomine prefati domini Cabrini Comitis et pro eo ejusque heredibus et successoribus ut supra ante presentiam prelibati domini domini.. Ducis et in ejus manibus flexis genibus reverenter constitutus juravit fidelitatem omnem consuetam et debitam tactis sacrosanctis scripturis

prelibato domino.. Duci presenti et recipienti pro se et suis heredibus. Et quod prefatus dominus Cabrinus Comes de cetero fidelis erit prelibato domino.. Duci ejusque heredibus et successoribus ut supra et quod omnia capitula contenta et expressa in forma veteris et nove fidelitatis decuna (sic) collatione prefatus dominus Cabrinus Comes et ejus heredes et successores ut supra in perpetuum observabunt sine diminutione et omnia alia et singula facient dicent et adimplebunt que de jure tenentur occasione recti feudi aviti paterni antiqui honorifici nobilis et gentilis suprascripti ac omnium et singulorum suprascriptorum. Que quidem omnia et singula suprascripta et infrascripta in hoc presenti Instrumento contenta in totum et in qualibet sui parte perpetuo inviolabiliter et sine diminutione et exceptione attendere et observare et ipsis non contrafacere vel venire de jure vel de facto per se vel agentem pro dictis partibus seu altera vel aliqua ipsarum promiserunt et convenerunt per solemnem stipulationem sibi ad invicem mutuo et vicissim et etiam michi notario infrascripto stipulanti et recipienti ut publice persone pro dictis ambabus partibus et utraque ipsarum et etiam pro omnibus et singulis his quorum interest vel interesse poterit in futurum etiam cum restitutione expensarum damnorum et interesse litis et extra. Ratis nichilominus manentibus omnibus et singulis suprascriptis et infrascriptis predicta omnia et singula approbantes, affirmantes et confirmantes cum juramento predicto corporaliter tactis scripturis. Renunciando etiam omni exceptioni privilegio beneficio et favori competenti et competituro canonico civili et pretorio comuni generali et speciali quodcumque sit illud quo seu quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire et facere possent quoquomodo etiam si speciali expressione digna forent. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis ambe partes et utraque ipsorum modis et nominibus quibus supra obligaverunt sibi ad invicem ac mutuo et vicissim pignori et ypotece omnia sua bona presentia et futura. Quibus omnibus et singulis suprascriptis sic peractis ad validationem et corrobationem omnium et singulorum premissorum prelibatus dominus dominus. Dux solemnem auctoritatem adhibuit. Volens ordinans et decernens hanc presentem Investituram Feudalem et Comitatus creationem et hoc presens Instrumentum in qualibet sui parte valere et inviolabiliter observari debere tam in Iudicio quam extra jure quocumque in contrarium faciente nequaquam obstante. Etiam supplendo ex certa scientia et de plenitudine potestatis quoscumque defectus in premissis existentes si qui sunt tam solemnitatis deficientis quam aliter quovismodo. De-

rogando quibuscumque juribus et legibus in contrarium facientibus etiam si specialem specificationem exigerent etiam si maxima et gravissima forent. Mandans etiam presens Instrumentum cum solito prefati domini Ducis sigillo ad dictum Instrumentum pendente in cera alba ad cordiculam sericam rubeam appensione muniri. Et inde prefatus dominus dominus Dux mandavit et predictus Mondollus dicto nomine rogavit me sepedictum notarium ut de predictis omnibus et singulis publicum conficiam Instrumentum. Et ad predicta omnia et singula interfuere pro testibus spectabilis et egregius vir Antonius de Vicecomitibus filius spectabilis et generosi militis domini Vercellini porte horientalis parochie Sancti Salvatoris in Xenodochio. Spectabilis et famosissimus juris utriusque doctor dominus Christoforus de Castelliono filius quondam domini Franciscoli porte Romane sancte Tegle (sic) consiliarius prefati domini. Ducis nec non egregius vir Ubertus de Decembris filius quondam domini Anselmi porte Romane parochie Sanctis Johannis ad concham secretarius prefati domini ducis. Omnes civitatis Mediolani noti idonei vocati et rogati et pro notariis Johaninus de Confanoneriis filius domini Marchisii porte Romane parochie Sancti Andree ad murum ruptum et Blasius de Cisero filius quondam domini Petroli porte Romane parochie Sancti Nazarii in brolio ambo civitatis Mediolani notarii, anno millesimo quadringentesimo octavo, die sexto aprilis.

Ego Donatus de Cisero de Herba filius quondam domini Marchixii civitatis Mediolani porte Cumane parochie Sancti Prothaxii ad Monacos publicus imperiali auctoritate notarius hoc publicum Investiture Feudalis et Comitatus creationis Instrumentum jussus a prelibato domino domino Duce et rogatus a suprascripto Mondollo procuratore et procuratorio nomine quo supra tradidi et subscripsi meumque tabellionatus signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Ego suprascriptus Blasius notarius ad premissa interfui et jussu suprascripti Donati notarii ut supra, scripsi, meque subscripsi, meumque signum tabellionatus consuetum apposui in testimonium premissorum.

Archivio segreto del Comune di Cremona. Capsa Soncini. — *Pergamena segnata* A. 54.

Nota. — Copia trasmessami dal dottor Ippolito Cereda.

61.

1408, 11 Ottobre.

Il duca Giovanni Maria Visconti investe del feudo di Castelvisconti, Cabrino Fondulo, conte di Soncino.

Ex capsa Castri Vicecomitis. — A. 38.

Johannes Maria Anglus dux Mediolani etc. Inter cetera benigni principatus celsa opera erga benivolos et proceres suos hoc potissimum recensetur ut cum gloriosa principis clementia virtute et industria liberalis fuerit atque benefica primum quo pluribus profuerit eo plures ad benigne faciendum adiutores acquirat. Deinde consuetudine beneficientie paratiores et veluti exercitatiores ad bene de plurimis promerendum efficiat. Quod autem bono et grato proceri tribuitur dupliciter frutificare dignoscitur ex se quidem et ceteris, huic perfectione constantie inde extensione memorie in liberos posterosque ita ut et his ingratos esse non liceat. Considerantes itaque ingentem affectionis ardorem quem magnificus amicus et compater noster predilectus Cabrinus Fondulus etc. Comes Soncini multifariis demonstravit effectibus et continuate demonstrat ad reformationem et augmentum exagitati diutius status nostri nostram in prefatum Comitem Cabrinum liberalem munificentiam extendere benemerito inclinamur. Eatenus ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis etiam absolute ac intervenientibus omnibus solemnitatibus tam iuris quam facti tam extrinsecis quam intrinsecis que in talibus requiruntur ac sunt expedientes, et alias omnibus modo iure via et forma quibus possumus, tenore presentium largimur et pleno jure donamus pure mere libere et irrevocabiliter inter vivos. Remittentes omnes et singulas ingratitudinis causas prefato Comiti Cabrino pro se et suis heredibus et successoribus quomodolibet ac quibus dederit Castrum et fortilicium nostrum Castrivicecomitis cum omnibus et singulis domibus sediminibus. terris. cultis et incultis. pratis. vineis. et aliis bonis. possessionibus. aquis. pischeriis. venationibus. juribus. jurisdictionibus portizandi. piscandi. venandi. boscandi et pasculandi. et omnibus aliis bonis immobilibus et juribus nobis seu dicto Castro aut bonis et rebus spectantibus et pertinentibus in dicta terra nostra Castrivicecomitis et eius territorio et pertinentiis districtus Cremone. Et cum exemptione franchisia (sic) et immunitate generali alias

ibi venerabilibus domino preposito canonicis et capitulo ecclesie Domine Sancte Marie de la Scala huius nostre civitatis Mediolani concessis. Et hoc etiam cum omnibus ingressibus, regressibus, usibus, asiis, accessibus et juribus regalibus actionibus et rationibus et pertinentiis suis in integrum quovismodo predictis Castro et Fortelicio ac terre et pertinentiis spectantibus et pertinentibus et nobis pro eis et in eis et super eis et eorum occasione. Tali tenore quod de cetero ipse Comes Cabrinus cum suis heredibus et successoribus antedictis et quibus dederit perpetuo inviolabiliter habeat teneat gaudeat et possideat titulo huius donationis predicta (sic) Castrum Fortelicium terram bona res et pertinentias donata ut supra et de eis ut supra faciat et facere possit quicquid voluerit et ei placuerit et illa petere et consequi et pro ipsis agere et experiri possit et actione et retentione uti sicut nos cameraque nostra poteramus et poterat ante presentem donationem et sine nostrum successorumque nostrorum et cuiuslibet alterius persone contradictione. Cedentes dantes et mandantes prefato Comiti Cabrino omnesque actiones et rationes replicationes exceptiones retentiones usus et quascumque deffensiones utiles et directas, reales et personales, ypotecarias atque mixtas et alias quascumque nobis et Camere nostre quocumque modo et jure competentia et spectantia et competentes et spectantes competituras et quomodolibet spectaturas et competitura et quomodolibet spectatura contra ipsum Castrum Fortelicium terram et pertinentias et quascumque personas et quecumque bona pro predictis Castro Fortelicio terra et pertinentiis et eorum occasione. Et constituentes etiam nos tenere et possidere predicta Castrum Fortelicium terram res bona et pertinentias nomine ipsius Comitis Cabrini. Et volentes plenum dominium et plenam possessionem et tenutam suprascriptorum Castri terre et pertinentiarum donatarum in ipsum Comitem Cabrinum transferre dare et relinquere. Quibus dominio et possessioni vel quasi confestim renunciamus et in ipsum Comitem Cabrinum transferrimus deserimus et relinquimus ac ipsum Comitem Cabrinum procuratorem in rem suam facimus et constituimus de et pro predictis superius donatis et cessis ita ut de cetero in locum jus et statum nostrum et Camere nostre succedat de et pro predictis Castro Fortelicio terra rebus bonis et pertinentiis donatis et eorum occasione. Et concedentes ac licentiam dantes ipsi Comiti Cabrino quod per se et sua propria auctoritate nec non per quemlibet alium pro eo possit ipsa Castrum Fortelicium terram et pertinentias et eorum tenutam ingredi apprehendere et intrare et illa retinere libere et

absque alicuius contradictione. Et a modo in antea de eis Castro Fortelicio terra et pertinentiis ac omnibus superius donatis facere quicquid voluerit. Supplentes ex certa scientia et de potestate predicta nostra plena et absoluta omnem solemnitatis presertim insinuationis et juris et facti defectum et sacramenta quelibet necessaria, et omnia alia necessaria et expedientia nec non a jure seu ex forma statutorum seu decretorum et ordinamentorum nostrorum requisita et opportuna ad confirmationem et convalidationem omnium predictorum tam de jure quam de consuetudine. Ac decernentes et mandantes ex certa scientia et de eadem potestate nostra plena et absoluta presentem donationem et omnia et singula in ea contenta valere et tenere et servari inviolabiliter per quemcumque omni tempora debere non obstante quod ipsa donatio non sit insinuta (sic) et non obstante quod non sint servate solemnitates et alia si qua circa tales donationes fieri requiruntur, tam ex forma statutorum et ordinamentorum nostrorum quam ex forma iuris, et non obstantibus aliquibus talibus qualibus (sic) donationibus alienationibus transactionibus et in feudum concessionibus ac contractibus quibuscumque de dictis Castro Fortelicio terra et pertinentiis per nos sive per alium aut alios hinc retro taliter qualiter factis et concessis quibuscumque personis sive persone. Quibus omnibus donationibus alienationibus translationibus in feudum concessionibus et contractibus quibuscumque ex certa scientia et causa legitima animo deliberato et de nostre plenitudine potestatis etiam absolute ac ad cautelam presertim tenore quatenus expediat derogamus eosque in totum revocamus et revocatas esse volumus et mandamus. Et hoc etiam non obstantibus aliquibus statutis, decretis, privilegiis, legibus, iuribus vel ordinamentis vel aliis aliquibus in contrarium editis vel edendis, aut aliter formam dantibus vel disponentibus, quibus in quantum predictis obviarent ex certa scientia et de nostre potestatis plenitudine etiam absolute derogamus et derogatum esse ex nunc volumus et iubemus. Intendentes tamen et specialiter declarantes quod teneri volumus nec aliqualiter obligati esse prefato Comiti Cabrino nec suis heredibus et successoribus nec alicui alii persone de evictione nec ad alicuius extiacs (sic) vel interesse restitutionem. Mandantes universis et singulis negotiorum gestoribus et officialibus nostris presentibus et futuris quatenus predictam donationem servent et faciant servari inviolabiliter, et non permittant contra eam et contenta in ea fieri nec aliqualiter attentari. Et quod ipsum Comitem Cabrinum et ejus heredes et successores et quemlibet suum nuncium, factorem seu procuratorem ponant et indu-

cant ac defendant et manuteneant in possessionem et tenutam Castri Fortelicii terre et pertinentiarum predictorum superius donatorum, responderi faciendo de fructibus redditibus ac proventibus Castri Fortelicii et pertinentiarum antedictorum prefato Comiti Cabrino et cui libet alii pro eo, sub pena indignationis nostre. In quorum testimonium presentes fieri et registrari iussimus nostrique sigilli appensione muniri.

Dat. Mediolani, die undecimo octobris millesimo quadringentesimo octavo, secunda indictione.

Ubertus.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

Nota. — Copia trasmessami dal dottor Ippolito Cereda.

62.

1413, 24 Marzo.

Cabrino Fondulo di Soncino, signore di Cremona, delega tre ambasciatori a contrarre in di lui nome un trattato di alleanza con Gian Francesco Gonzaga, signore di Mantova.

Actum Cremone. Anno 1412 (1) 24 martii. Indictione VI.

Ex archetypo juris Hyppoliti Cerede Cremonensis I. D.

In Chrjsti nomine Amen. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo quadrigentesimo duodecimo. Indictione sexta secundum cursum et consuetudinem civitatis Cremone, die vigesimo quarto mensis martii in civitate Cremone in camera penes salam magnam posita in Zardino sive Viridario Magnifici Domini Cremone infrascripti, qui Zardinus sive viridarius positus est prope Castrum Sancte Crucis dicte civitatis, presente pro secundo notario Paganino de Ugolanis notario de Cremona, se huic Instrumento ad conformandum subscripturo; et presentibus spectabili et egregio Iurisperito domino Amico de la Turre honorabili potestate civitatis et districtus Cremone. Spectabilibus et egregiis viris Francisco de Surdis secretario prefati magnifici domini Cremone. Beltramolo de Castiliono de Mediolano, et Oculocanis de Verona, omnibus testibus notis et idoneis ibi vocatis et rogatis et qui dixerunt se cognoscere Magnificum Dominum Cremone et ejus procuratores infrascriptos.

Magnificus et excelsus dominus dominus Cabrinus Fondulus Son-

(1) Secondo l'èra cremonese durante il periodo municipale, l'anno incominciava col 25 marzo, e in questo caso corrisponderebbe al 1413 dell'anno volgare.

cini Comes Cremone etc. natus quondam recolende memorie Magnifici domini Venturini Fondulli, non revocando propterea aliquos suos sindicos procuratores et oratores sed potius confirmando ex certa animi scientia fecit, constituit, creavit, et solemniter ordinavit, facit, constituit, creat et solemniter ordinat suos sindicos, procuratores, actores, negotiorum gestores, oratores, ambaxatores et certos ac veros missos et nuncios speciales et quicquid eorum de jure melius esse et dici potest spectabilem militem dominum Omnebonum Scolaz. (sic) Spectabilem legum doctorem dominum Bonifacium de Guiscardis generalem vicarium et ambos Consiliarios prefati Magnifici Domini Cremone, et nobilem virum Mandolum de Franchis de Padua domesticum et familiarem dilectum prelibati domini Cremone, omnes tres ibi presentes et mandatum huiusmodi sponte suscipientes et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis conditio melior non existat, et specialiter ad contrahendum iniendum firmandum et concludendum pro prefato domino Cremone subditis amicis adherentibus coligatis et complicibus suis cum magnifico et excelso domino domino Johanne Francisco de Gonzaga Mantuæ etc. pro se subditis amicis adherentibus coligatis et complicibus suis et cum quacumque persona et quibuscumque personis ejus et eorum nomine intervenientibus bonam et veram Ligam, Unionem fraternitatem et confederationem duraturam usque ad illud tempus et cum illis capitulis promissionibus obligationibus conditionibus pactis stipulationibus et penis ad et quibus (sic) ac secundum et pro ut dictis procuratoribus suis et cuilibet eorum videbitur et placuerit, et ad faciendum solemniter pro prefato Domino Cremone suo et dicto nomine ac dictis nominibus quascumque promissiones obligationes confessiones renunciationes transactiones conventiones et pacta in predictis et circa necessarias et opportunas et necessaria et opportuna cum clausulis et solemnitatibus debitis et pro ut et sicut dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum videbitur et placuerit, ipsumque Magnificum dominum Cremone et eius statum et poss..... ad predicta omnia et singula exinde necessaria et pro et sicut dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum videbitur et placuerit solemniter obligandum omnia bona prefati domini Cremone pro predictis omnibus et singulis et eis omnibus et singulis que per dictos procuratores suos et quemlibet eorum in premissis et circa et eorum occasione et expeditione promissa fuerint atque gesta attendendis et observandis presentia et futura pignori obbligandum et juramentum quodlibet pro firmitate contractus sive contractuum exinde celebrandum in anima prelibati Magnifici do-

mini Cremone prestandum et faciendum et specialiter ad jurandum quod memoratus magnificus dominus Cremone pure et bona fide attendet observabit manutenebit et adimplebit dictam Ligam, Unionem et Confederationem et capitula, promissiones, obligationes et omnia ea que in Instrumento sive Instrumentis exinde conficiendis contineri contingent. Et generaliter ad omnia alia et singula dicendum faciendum et exercendum que necessaria fuerint in predictis et quolibet predictorum tam de consuetudine quam de jure et que natura talis contractus sive contractuum exigit et requirit, et que ipsemet Magnificus dominus Cremone dicere facere et exercere posset si presens adesset, etiam si talia forent que mandatum magis exigerent speciale, dans et concedens memoratus dominus Cremone dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum in solidum. In premissis omnibus et singulis plenum liberum et generale mandatum et plenam liberam et generalem administrationem et etiam speciale et specialem ubi requirantur in hiis omnibus et singulis suprascriptis et que ad ipsa et quodlibet qualitercumque pertinere noscuntur, nec non promittens mihi notario infrascripto utpote publice persone solemniter stipulanti et recipienti nomine et vice prefati Magnifici domini Mantue et omnium et singulorum quorum interest vel intererit seu interesse posset se perpetuo firmam ratam et gratam et firma rata et grata habere tenere attendere et observare dictam Ligam Unionem et confederationem et omnia et singula que per dictos procuratores suos et quemlibet eorum in predictis et circa et eorum occasione et expeditione dicta facta promisse fuerint atque gesta et in nullo contrafacere vel venire directe vel indirecte, publice vel occulte nec aliquo quesito colore modo ingenio jure vel causa et sub ypoteca et obligatione omnium bonorum sepedicti Magnifici domini Cremone presentium et futurum.

Nota. — Copia trasmessami dal dottor Ippolito Cereda.

63.

1413, 3 Aprile.

Trattato d'alleanza conchiuso da Cabrino Fondulo di Soncino, Signore di Cremona, con Gian Francesco Gonzaga, Signore di Mantova.

Actum Mantue. Anno 1413, 3 Aprilis. Ex archetypo juris Hippolite Cereda Cremonensis I. D.

In nomine Santissime Trinitatis ad ejusque laudem et gloriam Virginis gloriosae ac beatorum Petri et Pauli totiusque caelestis

curie. nec non ad exaltationem honorem et mandata Serenissimi Romanorum Regis semper Augusti Sigismundi ac Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Regis augmentum et conservationem statuum Magnificorum et excelsorum Dominorum Johannis Francisci de Gonzaga Mantue etc. et Cabrini Fonduli Soncini Comitis, Cremone etc. Suprascriptus Magnificus et excelsus dominus-dominus Johannes Franciscus de Gonzaga, Mantue etc. natus quondam bone et recolende memorie Magnificii et excelsi domini-domini Francisci de Gonzaga, Mantue etc. pro se et ipsius domini Johannis Francisci heredibus ac Terris Castris. Territoriis. subditis. adherentibus. recomendatis complicibus et sequacibus ex parte una. et spectabiles viri dominus dominus Omnebonum Scola miles de Padua. Bonifacius de Guischardis de Cremona legum doctor. ambo Consiliarii prefati Magnifici Domini Cremone. et nobilis vir Mandolus de' Franchis de Padua domesticus et familiaris dilectus prelibati Magnifici Domini Cremone omnes tres Sindici. procuratores. ambaxatores. oratores et nuntii memorati Magnifici et exelsi domini-domini Cabrini Fondulli Soncini Comitis. Cremone etc. nati quondam recolende memorie Magnifici domini Venturini Fondulli ad hoc abentes speciale et solemne mandatum. ut continetur publico Instrumento rogato et scripto per Bartholomeum de Ugolanis et subscripto per Paganinum de Ugolanis ambos cives et notarios Cremonenses die XXIIII°. mensis martii proxime preteriti a nobis notariis infrascriptis in presentia testium infrascriptorum viso et lecto. procuratorio nomine antelati Domini Cremone pro se et ejus heredibus. terris. castris. territoriis subditis. adherentibus. recomendatis. complicibus et sequacibus. ex parte altera. Affectantes prelibati Magnifici Domini pacifice et quiete vivere et insimul amicabliter et fraterne vicinari eorumque status. dominia. et subditos pro posse conservare atque tueri ab Emulis et sibi Inimicis habitis prius super infrascriptis tam per prefatos dominos quam per suos nuntios et ambaxatores ac consiliarios pluribus et pluribus vicibus coloquiis et determinationibus. partes predicte sibi vicissim et per stipulationem solemnem fecerunt et faciunt ac invicem contraxerunt et contrahuunt inter se-se suo et dictis nominibus et inter Dominos prelibatos bonam et veram Ligam. Unionem. et Confederationem. ac capitula. et pacta Lige. Unionis et Confederationis cum et sub pactis et conditionibus infrascriptis. videlicet:

1. Primo quod prefati Magnifici domini Mantue et Cremone sibi vicissim publice vel occulte directe vel indirecte aut alio quovis modo colore vel ingenio per se se aut aliquem alium cuiusvis status

aut conditionis existat, non possint nec debeant offendere vel damnificare se ipsos invicem aut eorum status honores, dominia, signorias, jurisditiones, fortilicia, terras, subditos aut loca, nec eorum adherentes seu recomendatos, nec ipsorum homines et loca, nec offendi facere vel permittere, nec offendentes vel damnificantes recipere vel receptare neque offendentibus vel damnificantibus consentire aut auxilium, consilium seu favorem prestare quoquo modo, ratione, vel causa. Quin imo teneantur durante presenti Liga se invicem tenere et tractare pro bonis fratribus et amicis, seque invicem deffendere et manutenere in omni eorum seu alicuius eorum honore, dominio, signoria, possessione vel quasi.

2. Item quod neuter ex prelibatis Magnificis dominis Mantue et Cremone impediat vel impedire se possit per se vel aliam personam tacite vel expresse de terris, castris, villis et forteliciis jurisdictionis territorii diocesis districtus et episcopatus alterius ipsorum ultra illa castra terras et loca ac fortelicia, villas, territoria jurisdictiones et bona que per alterum seu alterius nomine ipsorum dominorum vel adherentes et recommendatos ipsius tenentur ad presens in jurisdictione territorio diocesi vel episcopatu alterius. Quin imo ut unusquisque ipsorum dominorum habeat et recuperet suam jurisdictionem territorium et episcopatum prestare debeant mutuo auxilium consilium et favorem. Ita tamen quod per alterum dominorum predictorum occasione habitationis et recuperationis predicte non possit nec debeat ad aliquam guerram seu aliquem actum guerre deveniri absque expressa licentia beneplacito et consensu alterius. Quod si per aliquem prefatorum dominorum ad aliquam guerram seu actum guerre deveniretur aliter quam ut supra occasione premissa, alter quantum esset respectu illius guerre alteri vigore presentis Unionis et Lige in nichilo teneatur, manentibus tamen ipsa Liga et capitulis eius ratis et firmis quibus per talem actum contrafactum esse non intelligatur.

3. Item quod si vigenti presenti Liga contingerit aliquem dominum vel dominationem sive Castellanum vel quamlibet aliam personam, comune, collegium vel universitatem cuiusvis status gradus et conditionis existat guerram inferre vel movere aut inferri vel moveri facere quocumque modo moveatur vel inferratur alicui vel cuivis ex Magnificis dominis prelibatis Mantue et Cremone, aut suis statibus, dominiis, forteliciis, terris, locis, et subditis seu eorum adherentibus et recommendatis tam presentibus quam futuris, teneantur prelibati Magnifici domini Mantue et Cremone se ipsos invicem adjuvare et defendere et conservationem et deffensam of-

fensi seu cui offenderetur vel cui guerra moveretur in se accipere et acceptare, et toto suo posse bona fide et sine fraude se ipsos invicem et eorum status, et dominia, terras, loca, et subditos, adherentes, et recommendatos ut supra deffendere, conservare et manutenere, ac sibi invicem tam cum requisitione quam sine prestare gentes victualia et transitum ac passum opportunum auxilium consilium et favorem ipsis et cuilibet eorum possibilia tam ad conservationem et defensam quam Inimicorum offensam, et quod unusquisque prefatorum Magnificorum dominorum debeat prestare allogiamenta opportuna gentibus alterius domini colligati sui et victualia pro suis donariis. Quodque si alicui dominorum predictorum aliquid anferreretur durante dicta Liga teneatur alter pro recuperatione illius rei ablate exponere totum suum exfortium atque posse.

4. Item quod ubi periculum guerre immineret alicui prefatorum Magnificorum dominorum vel alterius adherentibus et recomendatis ut supra, teneatur et debeat alter ipsorum cui periculum guerre non immineret et ita periculis propinquius non subiaceret, minime expectata guerra, si non de tota saltem de medietate gentium vel expense cum tangente providere cum fuerit requisitus, illi ipsorum cui periculum immineret tam ad terrorem quam etiam ad obstaculum offendere eum volentium, que quidem imminentia periculi illico adesse intelligatur cum requisitio facta fuerit per illum ex suprascriptis dominis qui sibi periculum imminere assereret.

5. Item quod durante presenti Unione et Liga quandocumque per aliquem dominium dominationem, comunitatem, castellanum, nobilem, principem, vel baronem, aut aliam quamvis personam guerra quomodolibet moveretur vel inferreretur alteri prefatorum dominorum seu ejus adherentibus et recomendatis ut supra tunc ad deffensam status ipsius domini et quorumcumque locorum suorum et dictorum adherentium et recomendatorum teneatur et debeat alter ex memoratis dominis cui guerra non fieret cum fuerit requisitus ut supra omnem ratam gentium et expense eum tangentem et ultra omne ejus exfortium atque posse, et tam per terram quam per aquam bona fide et sine fraude ipsi cui guerra moveretur dare et mittere et exponere tam ad deffensam ut supra quam ad offensam etiam illius et illorum cum quo sive quibus haberetur guerra. Et predicta omnia ejus sumptibus manutenere donec guerra durabit. Ubi vero guerra moveretur vel inferreretur ut supra simul et semel et eodem tempore ambobus Dominis prelibatis tunc et eo casu unus alterum et alter alterum toto suo posse bona fide et sine fraude adiuvare et defendere teneatur et debeat.

6. Item quod si durante presenti Unione et Liga per aliquam Societatem vel gentes aliquas sociales aut socialium gentium congeriem aliquam modo aliquo vel causa inquietarentur molestarentur seu damnificarentur. seu inquietari. molestari et damnificari quomodolibet dubitaretur status territoria dominia et loca quevis prefatorum Dominorum seu adherentium et recomendatorum predictorum idem servetur et fiat ac servari et fieri debeat bona fide et sine fraude que supra in dictis duobus proximis capitulis continentur.

7. Item quod si quandocumque accidat gentes alterius dictorum Dominorum tam equestres quam pedestres ad alterius servitia transmissas fore et esse tunc presente eorum Capitaneo vel etiam absente teneantur et debeant ad omnem requisitionem illius Domini ad cuius servitia fuerint in manibus illius Domini ad cujus servitia fuerint prestare fidelitatis juramentum pro tempore ipso quo stabunt ad ejus servitia et etiam ad omnem ejus-officialium requisitionem facere scortas et equitare pro ut eis mandatum fuerit. et tam ad deffensam quam etiam Inimicorum offensam.

8. Item quod si et quandocumque contingat per alterum dictorum Dominorum transmitti gentes ad servitia alterius teneantur et debeant ipse gentes in eundo et redeundo facere illam viam quantum durabit territorium illius Domini ad cujus servitia accedat que ipsi Domino videbitur et terminabitur per eum. Et in quantum ipse gentes damna aliqua inferent subditis illius Domini ad cuius servitia mittentur ultra necessaria dumtaxat pro eorum victu in transitu seu itinero ipso teneatur ille Dominus cuius fuerint stipendiarii damna illata facere cum effectu resarciri et restitui ac reffici expensis stipendii dictorum stipendiariorum.

9. Item quod si durante dicta Unione et Liga aliquis Nobilis seu alius cuiusvis conditionis sit extra tamen jurisdictiones territoria diocesis et episcopatus ipsorum Dominorum rebelaret seu auferret aliquam civitatem vel castrum vel fortilicium aut terram ad instantiam seu instigationem alterius dictorum Dominorum illi tales sint et esse intelligantur in eodem gradu conditione et statu quo forent et essent alii adherentes recomendati complices et sequaces illius Domini ad cuius instantiam seu instigationem id fecissent.

10. Item quod neuter ipsorum Dominorum durante dicta Liga possit vel debeat receptare quo quomodo aliquem inimicum vel rebellem alterius Domini contra voluntatem ipsius Domini. Salvo quod presens Capitulum non intelligatur nec locum sibi vindicet in et pro illis qui vigore et sub pretextu et fidantia tam proclamationum et cridarum generalium alterius prefatorum Dominorum quam alicuius

singularis salviconductius venissent habitatum et ad presens habitarent in Civitatibus terris et locis illius dictorum Dominorum et eorum adherentium et recomendatorum ut supra qui dictas proclamationes et dictos salvosconductus fieri fecisset.

11. Item quod tempore guerre que alicui predictorum Dominorum moveretur vel fieret seu per ipsum quomodolibet haberetur teneatur et debeat alter permittere conduci de territoriis et locis suis ad terras territoria et loca illius Domini qui guerram haberet omnia et singula blada et p..... et alia quevis victualia solvendo tamen datia ordinata et consueta.

12. Item quod aliquis ex Magnificis Dominis prelibatis durante presenti unione ad ullum concordium pacem vel compositionem aut Ligam seu confederationem condescendere non debeat vel venire cum comunibus Inimicis absque consensu et voluntate alterius colligati sui predicti possit tamen ipsorum quilibet cum aliis exceptis comunibus inimicis confederationem seu Ligam inire absque alterius consensu dumodo in preiuditium alterius id non fiat, possitque ipsorum uterque pro libito suo devenire ad pacem et concordium cum inimicis privatis. Quodque si post aliquam guerram deveniatur ad pacem procuretur bona fide et toto posse per singulos ipsorum Dominorum quod de damnis tempore guerre eis illatis sibi et suis satisfiat.

13. Item quod durante dicta Liga per aliquem dictorum Dominorum a se ipso motu proprio sine requisitione beneplacito et consensu alterius non possit nec debeat indici bellum vel guerra aut inferi alicui Domino dominationi comunitati Castellano vel Nobili aut cuivis alteri p..... quod si fiat per aliquem ipsorum aliter quam ut supra, alter vigore huius unionis et Lige alteri in nichilo teneatur et obligatus sit.

14. Item quod si durante presenti Unione et Liga aliquis civis vel subditus alicuius prefatorum Dominorum vel etiam habitans in terris et locis suis vel adherentium et recomendatorum suorum recedens de dicto loco in quo habitaverit ad terras vel loca alterius seu adherentium vel recomendatorum suorum se reduxerit teneatur et debeat ille ad cuius loca se reduxerit de predicto tali et contra predictum talem se reducentem ut supra ad omnem requisitionem alterius et suorum ab eo habere debentem tam ratione et causa debiti contracti quam pro rebus et bonis etiam exportatis et secum ductis jus illud idem reddere et ministrari facere cum effectu quod in eo ipso loco quo et unde recesserit ministraretur et fieret.

15. Item quod si durante presenti Unione et Liga per prefatos

Magnificos Dominos aut ipsorum alterum Castrum aliquod fortilizium seu terram acquiri contingat, illud et illa sit et sint illius tantum ex dictis Dominis cuius virtute factura vel opere fuerit acquisitum seu fuerint acquisita, manente tamen rato et firmo secundo capitulo.

16. Item quod si contingat per gentes prefatorum Dominorum insimul acquiri vel subiugari aliquod Castrum fortilicium seu terram extra jurisdictiones territoria diocesis et episcopatus dictorum Dominorum adherentium et recomendatorum suorum illud et illa sint et esse debeant comunia dictorum Dominorum et dividantur pro rata secundum taxam gentium infrascriptarum inter eos.

17. Item durante presenti Unione et Liga, neuter prefatorum Dominorum aliquem seu aliquos de stipendiariis alterius ad eius stipendium debeat acceptare nec possit absque beneplacito et consensu ejus ad cujus stipendia extiterint et fuerint.

18. Item quod Magnifici domini Mantue et Cremone predicti pro deffensione et augmento Statuum suorum et pro offensa Inimicorum teneantur et debeant ad sua stipendia bene in puncto gentes infrascriptas videlicet prefatus Magnificus dominus Mantue Equestres quinquecentum ita tamen quod loco Equestrium centum possit tenere tot Pedites qui sufficiant loco dictorum Equestrium centum. Et prefatus Magnificus dominus Cremone Equestres quadringentos ita tamen quod loco Equestrium centum possit tenere tot pedites qui sufficiant loco dictorum Equestrium centum. Et si contingat guerram fieri pro offensa etiam vel deffensa alterius prefatorum dominorum teneantur ipsi domini et expensam et armaturam Galeonorum et Navigii ac de omnia alia proinde necessaria pro rata et secundum taxam predictam videlicet prefatus Magnificus dominus Mantue pro quinque partibus novem partium, et prelibatus Magnificus dominus Cremone pro reliquis quatuor partibus dictarum novem partium et juxta taxam predictam et pro rata si fuerit necesse fiat additio et detractio.

19. Item quod prefatus Magnificus et excelsus dominus Mantue gaudere possit et debeat durante presenti Liga quibuscumque bonis sitis super territorio Cremonæ que tenebantur et possidebantur per Nobiles de Dovaria ac reliquos homines Insule Dovariensium quando se dederunt in adherentiam vel subiectionem prefato Magnifico domino Mantue eaque bonas concedere quibuscumque prefato domino libuerit, exceptis bonis Conradi de Dovaria que prelibatus Magnificus dominus Cremone jam longo tempore alienavit. Quodque reliqui ipsius Magnifici domini Mantue adherentes et recomendati possint

debeant et permittantur gaudere et frui omnibus et singulis terris possessionibus et bonis suis sitis et positis tam in civitate quam in districtu et episcupatu Cremone que tenebant et possidebant et eo modo et forma quibus per eos et ipsorum quem libet tenebantur et possidebantur eo tunc et tempore quo se dederunt in subiectionem adherentiam et recomendationem Magnifico domino Mantue prelibato.

20. Item quod presens Liga duret et durare debeat usque ad quinque annos proxime futuros.

21. Item quod quibuscumque dominis comitatibus et Castellanis liceat et licitum sit intrare et devenire ad Ligam et Unionem cum prefatis Magnificis dominis Mantue et Cremone cum pactis et conventionibus de quibus et pro ut ipsis Magnificis dominis Mantue et Cremone videbitur.

22. Item quod quilibet prefatorum dominorum hinc ad quindecim dies proximos a die presentis celebrati contractus teneantur et debeant nominare et specificare ejus adherentes colligatos complices et sequaces ac ipsos et ipsorum quemlibet nominatum infra dictum terminum transmittere alteri colligato suo per eius litteras suo sigillo sigillatas.

23. Item quod omnia et singula suprascripta intelligantur puro et bono mō et pura fide ad sanum intellectum cavillationibus dolo fraude machinationibus et qualibet malitia et extranea interpretatione cessantibus et sublatis.

Et hec omnia et singula suprascripta dicte partes suo et dictis nominibus sibi vicissim stipulantes et una pars alteri et altera alteri stipulanti promiserunt attendere et observare ac prefati domini attendent et observabunt bona fide pro ut supra et in nullo contrafacient et contravenient per se vel alium sive alios directe vel indirecte publice et occulte nec aliquo quesito colore sub pena et in pena ducatorum decem millium auri et dupli totius damni et interesse inde habitorum et receptorum duplique omnium expensarum inde factarum, ita quod omnia et singula peti possint et exigi cum effectu, que pena toties comittatur et peti et exigi possit per partem non contrafacientem vel non contravenientem a parte contrafaciente vel contraveniente quoties in aliquo predictorum contrafactum-fuerit vel ventum, qua pena comissa vel non et soluta vel non nichilominus omnia et singula suprascripta et in hoc Instrumento contenta firma et rata permaneant. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis prelibatus Magnificus dominus Mantue suprascriptis procuratoribus prefati et Magnifici

domini Cremone dicto procuratorio nomine stipulantibus omnia sua bona presentia et futura pignori obligavit, de quibus se pro eis dicto nomine interrogantibus possessorem constituit, et viceversa dicti sindici et procuratores prelibati Magnifici domini Cremone dicto nomine omnia bona ejusdem Magnifici d omini Cremone presentia et futura memorato Magnifico domino Mantue stipulanti pignori obligaverunt de quibus se dicto nomine pro eo interrogante possessorem vel quasi constituerunt. Iuraveruntque insuper illi antelatus Magnificus dominus Johannes Franciscus Mantue etc. et suprascripti sindici procuratores dicto nomine superius nominati in animam et super anima prefati Magnifici domini Cremone ad Sacrosancta Dei Evangelia scripturis corporaliter tactis dictam Ligam et Unionem ac omnia et singula suprascripta perpetuo firmam ratam et gratam et firma rata et grata habere tenere attendere et observare et quod ipsi Domini habebunt tenebunt attendent et observabunt bona fide pro ut supra et non contrafacient nec contravenient modo aliquo ingenio jure vel causa. Nec idem Magnificus Dominus Johannes Franciscus Mantue etc. contrafaciet vel contraveniet pretextu minoris etatis nec dicet se lesum nec adversus predicta vel aliquod predictorum beneficium restitutionis in integrum aliquo tempore impetrabit de quo benefitio prius et ante omnia certioratus fuit per nos notarios infrascriptos vulgari sermone ad ipsius Magnifici Domini Johannis Francisci plenam et claram intelligentiam et quid et quale sit dictum beneficium et quid importet et cui quid beneficio prelibatus Magnificus Dominus Johannes Franciscus expresse renunciavit et renunciat mandantes preterea prefatus Dominus Mantue etc. dicti procuratores superius nominati et quilibet eorum nobis notariis infrascriptis quod de premissis omnibus unum et plura publica tenoris hujusmodi conficiamus Instrumenta. Volens insuper et jubens memoratus Magnificus Dominus Mantue presens Instrumentum et omnia et singula suprascripta valere et roboris firmitate obtinere debere et supplens omnem deffectum et juris vel statutorum et ordinamentorum et solemnitatum qui et que in predictis requirentur non obstantibus aliquibus statutis ordinibus legibus et juribus in contrarium disponentibus quibus omnibus quantum in hoc sepedictus Magnificus Dominus Mantue ex certa scientia et de sui plenitudine potestatis derogatum esse voluit et vult. Que omnia ventilata conclusa et acta fuerunt intercessione et in presentia Magnifici militis Domini Hugonis de Hernorse consiliarii oratoris et procuratoris prefati Serenissimi Romanorum Regis habentis ad hoc plenum mandatum et arbitrium a prefata Regia Ma-

jestate, qui auctoritate qua fungitur et sibi concessa ab Imperiali culmine et regia majestate omnibus meliori modo. via. jure. causa. et forma quibus melius potuit predicte Unioni et Lige ac omnibus et singulis suprascriptis suam et Cesaree majestatis predicte auctoritatem interposuit pariter et decretum. Et ad majorem roboris firmitatem prelibatus Magnificus Dominus Mantue et dictus procurator voluerunt presens Instrumentum sigillorum amborum prefatorum Dominorum Mantue et Cremone debita impressione muniri.

Acta publicata celebrata stipulata et clare ad omnium intelligentiam divulgata fuerunt omnia et singula suprascripta facta conventa et promissa per suprascriptas partes anno a nativitate Domini nostri Jeshu Christi millesimo quadringentesimo tertiodecimo. Indictione sexta. die lune tertio mensis Aprilis tempore prelibati Serenissimi Romanorum Regis Domini Sigismondi ac Hungarie Croatie et Dalmatie Regis clarissimi in Camera superiori picta ad compassus in qua presentialiter residet prefatus Magnificus Dominus Ugo de Heruerse consiliarius et procurator memorati Serenissimi Domini Regis posita intra palatia habitationis suprascripti Magnifici Domini Mantue in contrata Aquile Imperialis civitatis veteris Mantue. presentibus Magnificis Viris prefato Domino Ugone. domino Trarullo de Albertinis Comite prati milite consocio Magnifici Domini Mantue prefati de contrata Leonis vermilii. Stefano de Albertinis comite prati honorabili potestate civitatis Mantue de contrata Griffoni ambobus filiis quondam spectabilis militis Domini Francisci de Albertinis comitis prati. Domino Amorato milite filio spectabilis militis Domini Marsilii de Torellis de contrata Serpe, D. Francisco filio quondam Bertoloti de Torellis de contrata Serpe. Uberto filio quondam Domini Tomaxii de Strotiis de contrata Griffoni. Magistro Martino phisico et Benvenuto ambobus fratribus filiis quondam Bartholomei de Pegorinis de contrata Pusterle et Francisco filio quondam Johannis de Zaffardis de contrata Falconum. omnibus testibus notis et idoneis ad hec omnia suprascripta vocatis specialiter et rogatis. qui Comes Stephanus potestas suprascriptus delato sibi sacramento per nos notarios infrascriptos juravit ad Sancta Dei evangelia corporaliter Scripturis sacris tactis se cognoscere omnes suprascriptos contrahentes et testes antedictos.

Ego Bartholomeus filius quondam Domini Maginardi de Bonattis civis Mantuanus notarius publicus Imperiali auctoritate et prefati Magnifici Domini Mantue Secretarius hiis omnibus suprascriptis dum sic agerentur presens fui et rogatus una cum infrascripto Paganino de Ugolanis cive et notario Cremonense hoc Instrumentum

tradidi et scripsi et sic ambo tradidimus et scripsimus: et ad majorem roboris firmitatem nos hic subscripsimus et signa nostra tabellionatus et notarie apposuimus consueta etiam in fide et testimonio omnium premissorum.

Ego Paganinus de Ugolanis filius quondam Domini Jacobini civis Cremonensis publicus Imperiali auctoritate notarius hiis omnibus suprascriptis dum sic agerentur presens fui et rogatus una cum suprascripto Bartholomeo notario qui presens Instrumentum in publicam formam redegit et sua propria manu scripsit et ipsum ad confirmationem et robur et testimonium omnium premissorum propria manu mei subscripsi et signum meum tabellionatus et notarie appouis consuetum.

Nota. — Copia trasmessami dal dottor Ippolito Cereda.

64.

1413, 18 Maggio.

Sigismondo Re dei Romani accorda al soncinate Cabrino Fondulo, vicario imperiale e signore di Cremona, alcuni privilegi a favore della Università delle scienze ed arti liberali di quella città.

Ex capsa Civitatis Cremone — A. 16.

In nomine sancte et individue Trinitatis feliciter Amen. Sigismondus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Dalmatie etc. Rex. ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presentium universis, Rectrix humani generis, virtutum celestium imitatrix preclara Scientia cuius reiecta membra odiosa pestilentie rabies per mundi dunita (sic) impia voragine tam absorbuit tacito gemitu ad nos clamore perfunditur iam suis laribus a petrosis montibus viduata ut sibi dignaremur de Romane regie celsitudinis presidio subvenire ut si quando provisione Romana regia cuius interest universo mundo consulere in pristino statu ipsum florere contingat arescentem mundum valeat irrigare denuo fecunda aspergine germinis redemita. Sane pro parte Magnifici Cabrini de Fondulis Marchionis Castellionis et Comitis Suncini nostri et Imperii sacri Cremone Vicarii ac nobilium et honorabilium civium civitatis Cremonensis nostrorum et Imperii sacri fidelium dilectorum, oblata nostre maiestati supplex petitio continebat, quatenus in eadem Civitate Cre-

mone ad instar aliarum urbium de instaurando generale studium in facultatibus quibuscumque gratiam et privilegium de benignitate Romana regia concedere dignaremur. Nos attendentes multiplitia dicti Cabrini fidelitatum et obsequiorum genera nec non preclara dictorum civium ac predecessorum suorum preeminentem devotionem refulgentemque constantie ... quibus ipsi pre ceteris Ytalie nationibus divos Romanorum Imperatores et Reges nostros predecessores a longis retroactis temporibus exquisite diligentie studiis honorarunt, nos et Imperium honorant ac in futurum honorare satagunt poterunt et debebunt animo deliberato non per errorem aut improvide, sed sano Principum ecclesiasticorum et secularium Comitum Baronum Procerum nobilium aliorumque nostrorum et Imperii fidelium dilectorum accedente consilio auctoritate Romana Regia ac de certa nostra scientia ipsi civitati Cremonensi, civibus, hominibus et populo ibidem eorumque heredibus et successoribus infrascriptam gratiam duximus faciendam ut eadem Civitate Cremonensi Studium generale Sacre Theologie, Utriusque Iuris, videlicet tam Canonici quam Civilis, nec non Medicine, Philosophie naturalis et moralis ac Artium liberalium erigatur, et ex nunc in antea perpetuis temporibus observetur. Quod quidem Studium eiusque Presidentes, nec non Rectores, Doctores, Baccalarios, Officiales atque ministros famulos et familias eorum ac cuiuslibet illorum quocumque nomine censeantur qui fuerint per tempora cuiuscumque dignitatis, status, ordinis seu conditionis predicti eorum extiterint atque singuli omni eo privilegio libertate immunitate indulto et gratia quibus Parisiensium, Bononiensium, Aurelianensium et Montispesulanensis Studia generalia gaudere noscuntur et potiuntur huic nostre concessionis gratia perfrui semper volumus potiri per omnia et gaudere ac si privilegium libertas immunitas et indultum et gratia huiusmodi presentibus de verbo ad verbum essent inserta. Decernentes et hac nostra concessione Romana regia perpetuis valitura temporibus ex certa scientia et Romane regie potestatis plenitudine sancientes ut predicta Civitas Cremone presenti nostra Romana regia concessione fulcita et potita generalis Studii gratioso premio et singulari bravio gaudeat et utatur possitque Episcopus Cremonensis qui nunc est aut qui pro tempore erit per se vel eius Vicarium aut eiusdem Episcopi Locumtenentem, vel Ecclesia Cremonensi vacante aut Pastore carente, Vicarius seu Offitialis Capituli Ecclesie Cremonensis cum consilio et consensu Doctorum et Magistrorum Studii memorati servatis modo forma et ordine qui in talibus in predictis generalibus Studiis et aliis consueverunt laudabiliter observari. Illis quos ad hoc idoneos et dignos

invenerint legendi licentiam indulgere et studioso seu digno premisso examine licentiare et ad doctoratus seu magistratus apicem provehere et promovere honorem cathedre et doctoratus seu magistratus ac aliorum graduum insignia rite conferre et de hiis solempniter investire. Ceterum ut Scolares et Studentes ac eorum quilibet Studii predicti tanto uberius valeant litterarum studiis insudare quanto a molestiarum et turbationum impetu ac incursionibus uberius liberati ampliori fuerint libertate de Romana regia benignitate fulciti. De innata itaque nobis clementia Rectores Doctores Scolares seu Studentes universitatis eiusdem Studii universos quoque et singulos eorum et cuiuslibet ipsorum familiares famulos et ministros, nec non Scolas et eorum habitacula sive hospitia in examen nostrum ac sacri Romani Imperii protectionem tutelam et defensionem suscepimus et suscipimus per presentes. Insuper ex certa nostra scientia decernentes volumus quod omnes et singuli Doctores et Scolares cuiuscumque scientie aut facultatis ac Bedelli dicti Studii Cremonensis seu ad dictum Studium Cremon. accedentes causa ibidem legendi aut studendi possint et valeant cum eorum familia, equis et armis, arnesiis, libris, rebus et bonis ac mercimoniis sibi necessariis quibuscumque libere tute secure et impune accedere ad dictum Studium et transire morari et idem redire per quecumque loca et in quibuscumque locis absque sumptione et solutione telonei, datii, tributi, pedagii, gabelle, custume (sic) et alterius cuiuscumque oneris seu impositionis genere inde facte seu fiende; Possintque extrahere Libros cuiuscumque facultatis et res alias a quibuscumque Civitatibus, locis et districtibus ubi fuerint Studia generalia, vel etiam ubi non fuerint: non obstantibus aliquibus privilegiis, statutis seu ordinationibus, capitulis seu consuetudinibus, franchesiis et libertatibus ac represaliis seu in pignorationibus et contracambiis quibusvis cuiuscumque provintie patrie Civitatis atque loci quacumque auctoritate etiam Imperiali vallatis a' als' (sic) emanatis ac roboratis si de hiis esset fienda in huiusmodi indulto mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrarum gratie, concessionis et indulti paginam infringere aut eis ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium attemptare presumpserit bannum Imperiale et penam centum marcarum auri puri toties quoties contrafactum fuerit se noverit incursurum, cuius pene tertiam partem nostro et Imperii sacri fisco, aliam tertiam supradicto Vicario, et reliquam tertiam partem predictarum centum marcarum auri puri universitati predicti Studii usibus statuimus applicandam. Cuius quidem pena exactio seu executio valeat et possit fieri per supradictum Vicarium Cremonensem qui pro tunc

est vel erit; Et in hiis et aliis facta seu negotia Studii prefati quoquomodo concernentibus ac dependentibus, emergentibus et connexis vices nostras et successorum nostrorum Romanorum Regum ac Imperatorum obtineat ac perspicaciter sagaciterque provideat de salubri statu et quiete incrementoque felici Studii prenotati, pro ut de consilio Presidentium, Doctorum et Magistrorum universitatis eiusdem Studii fuerit expediens quomodolibet vel opportunum modo premisso exequendo prescriptis omnibus pena soluta vel remissa nichilominus in suo robore duraturis; presentium sub nostre maiestatis sigilli testimonio litterarum.

Dat. Utini in patria Fori Iulii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tertiodecimo, decima octava die Maij, Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimoseptimo, Romanorum vero tertio.

Ad mandatum Domini Regis Iohannes Birchen.

Archivio segreto del Comune.

Nota. — Documento trasmessomi dal dottor Ippolito Cereda.

65.

1414, 7 Febbrajo.

Privilegio accordato dall'Imperator Sigismondo a Giovanni Fondulo di Soncino.

Sigismondus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. ac Hungariæ. Dalmatie Croatie etc. Rex. Notum facimus tenore presentium universis. Etsi de innate nobis regie benignitatis clementia universorum fidelium nostrorum comodis et profectibus dignaremur intendere. ipsorumque sedulis temporibus procurare quietem ut grata felicitate gaudeant sub grate regimine Principis gratiosi. singularius tamen illorum profectus et honores diligimus qui constantibus diuturnis et indefessis obsequiis beneficia nostre clementie studiosius meruerunt. Hinc est quod habito respectu ad constantis fidei puritatem. ac fidelia meritorum obsequia quibus Nobilis Johannes quondam Fondulli de Fondullis de Soncino noster et Sacri Imperii fidelis dilectus nostre Mayestati placuit. placet et in antea nobis et Imperio placere poterit et debebit ipsum et heredes suos legiptimos de lumbis suis descendentes ab omnibus et singulis prestationibus. fodris. collectis. tributis. oneribus. datiis. indictis. su-

perindictis. taleis realibus et personalibus. exactionibus. gustunis (sic) angariis. perangarariis. gabellis et impositionibus sive gravaminibus quibuscumque nominibus censeantur que sibi et prefatis suis heredibus legiptimis pretextu bonorum terrarum et possessionum ac rerum mobilium et immobilium quarumcumque que et quas idem Johannes obtinet ac ipse et prefati heredes sui legiptimis futuris temporibus obtinere justisque titulis adipisci poterunt hactenus consueverunt imponi vel possent quomodolibet temporibus futuris indici auctoritate Romana Regia ac de Romane Regie potestatis plenitudine animo deliberato et ex certa nostra scientia libertavimus. exemimus. absolvimus et quietavimus. libertamus. eximimus. absolvimus tenore presentium et quietamus. hoc presenti perpetuo valituro statuentes edicto. quod prefatus Johannes ac predicti heredes sui legiptimi in omnibus suis possessionibus rebus et bonis predictis quas et que obtinent de presenti vel sunt in futurum sicut premittitur prestante dominio iusto titulo habituri plena et perfecta immunitate libertate et exemptione perpetuis temporibus gaudeant plenissime et fruantur. non obstantibus aliquibus legibus. constitutionibus et statutis publicis et privatis. editis et edendis. quibus in quantum predictis nostre exemptioni libertationi absolutioni et quietationi contraire videntur. exspresse de nostra scientia ac de Romane Regie potestatis plenitudine presentibus derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre exemptionis. libertationis. absolutionis quietationis paginam infringere aut ei quovis ausu themerario contraire. Si quis autem hec atemptare presupmserit indignationem nostram gravissimam eo ipso se noverit incursurum presentium sub nostre mayestatis sigilli testimonium litterarum.

Dat. Cremone anno Domini millesimo quadringentesimo quartodecimo. septimo die februarii. regnorum nostrorum anno Hungarie vigesime septimo. Romanorum vero quarto.

Ad mandatum Domini Regis. Johannes prepositus de Strigonio vicecancellario.

Archivio Notarile di Cremona. — Dai Protocolli del Notajo Bartolomeo Pagani.

Nota. — Documento trasmessomi dal dottor Ippolito Cereda.

66.

1415, 12 Gennajo.

Sigismondo Re de' Romani, conferma la nobiltà a Maffeo Moro di Soncino, Conte di Farfengo, e gli conferisce facoltà di innalzare lo stemma gentilizio annesso al diploma.

Sigismondus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Dalmatie Croatie etc. Rex. Nobili Maffeo de Moris Comiti Farfenghi nostro et sacri Imperii fideli dilecto gratiam regiam et omne bonum. Nobilis fidelis dilecte, et claro lumine troni cesaree velut a sole radii nobilitates alie legitimo iure procedunt et omnium nobilitatum insignia ac Imperatoria maiestate dependunt ut non *si* dare alicuius generositatis insignie, quod a gremio non proveniet cesaree claritatis. Sane attendens multiplicia merita probitatis et experte constantie fideique merita, quibus progenitores tui ac tu similiter apud nos atque sacrum Romanum Imperium diligentibus studiis ac indefessis hactenus claruisti cotidie clares (sic) et in antea eo quidem studiosius clarere poteris, quo te singularibus honorum gratiis senties decoratum animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed sano Principum, Comitum, Baronum et Procerum nostrorum, ac sacri Imperii fidelium dilectorum, accedente consilio, ac de certa nostra scientia tibi et heredibus tuis legiptimis hic depicta arma tua seu nobilitatis insignia, virtute presentium concedimus nec non de habundantiori plenitudine specialis gratie nostre ad maiorem gloriam tue nobilitatis motu proprio confirmamus ac presentibus elargimur ut tu et iidem heredes tui legitimi arma hic depicta sicut in presentibus figuris oculis subiecta visibilibus pictoris magisterio distinctius sunt depicta in preliis hastiludiis, torniamentis et in omni exercitio militari gestare valeatis pariter et defferre. Gaudeant igitur favore regio ac de tanto singularis gratie antidoto tua progenies exultet tantoque fideliori studio ad honorem sacri Romani Imperii eorum in antea solidetur intentio quanto ampliori favore preventos se conspiciunt munere gratiarum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis elargitionis et confirmationis paginam infringere aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem nostram gravissimam se noverit incursurum presentium sub nostre Maiestatis sigilli testimonio litterarum.

Dat. Constantie, anno Domini Millesimo quadringentesimo quin-

todecimo, duodecimo die Januarii, Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo octavo, Romanorum ellectionis quinto, coronationis vero primo.

Ad mandatum Domini Regis, Prepositus de Strigonio Vicecancellarius.

Archivio segreto del Comune di Cremona.

Nota. — Copia trasmessami dal dottor Ippolito Cereda.

67.

1415, 1 Aprile.

Il conte Petrolo Cropello di Soncino, crea notaro Masnerio dei conti Covi.

In Cristi nomine Amen. Anno dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo decimoquinto indictione octava die primo mensis aprilis in Soncino in stacione speciarie Bartolomei excomitibus de Covo de Soncino sita sub porticibus platee Soncini a sero parte dicte platee presentibus supradicto Bartolomeo ex comitibus Covi fil. q. Tomaxini. Joanne Mag. Alexii de Cropello. Mag.ro Ubertino de Claraschis et Cristoforo fil. q. Bartholomei de Cavallis omnibus de Soncino testibus ad hec notis vocatis specialiter et rogatis. Cum olim celebris ad celebrandus memorie illustrissimus Imperator ac Bohemie Rex et semper augustus ac totius mundi monarca et speculans corde se nequire corporaliter ubique locorum adesse propter nature defectum, considerans etiam quod culmen cesarei throni est toti mundo necessarium ac quod p... honores suos per subditos fideli imperio set gratias impartiri: nec non trutina sincere meditationis opinans quod inter..... suos excellentissimus d. Tomaxius de Cropello de Soncino utriusque Juris titulis imperii fuit et est dignus eundem dominum Tomaxium Danielem Anselmum Antonium et Petrolum ejus filios et omnes discendentes ab ipsis aut aliquo eorum ac eorum successores dictorum creand. judices ordinarios notarios tabelliones per totum romanum imperium fastigio sublimavit, ut in privilegiis ab inde confectis continetur. Ideo noverint universi et singuli presens publicum instrumentum inspecturi quod nobilis comes d. Petrolus fil. d. Comitis Tomaxii de Cropello de Soncino ut supra ex auctoritate sibi et domui sue a sacrosancto Rom. imperio concessa et attributa nobilem et egregium Masnerium natum d. Bazoni ex comitibus Covi de Soncino diocesis Cremonensis

publicam idoneam et letteratam personam in publicum et autenticum tabellionem et notarium de novo genuit et creavit, ipsumque flexis genibus devote suscipientem dans et concedens potestatem arbitrium jurisdictionem licentiam et omnimodam baylivam eidem Masnerio stipulanti de arte notariæ et officio tabellionatus publice operando tam in instrumentis et ultimis voluntatibus et quibuscumque judiciorum actibus autentice conscribendis quam in omnibus et singulis faciendis que ad officium dictum spectant et pertinent per omnes terras et loca que Romanum profitentur imperium cum penna et calamario legitime investivit; qui Masnerius ipsi domino comiti vice et nomine imperii romani ut supra recipiens corporale prestans debite fidelitatis sacramentum corporaliter manibus tenens scripturas juravit ad sancta dei evangelia quod instrumenta tam pubblica quam privata ultimas voluntates quecumque juditiorum acta et omnia et singula que sibi a debito ipsius offitii facere occurrerint et scribenda juste et pure et fideliter omni simulatione macchinatione falsitate et dolo remotis scribet leget et faciet et scripturas illas cum in publicum debuerint formari redigere in membranis et non in cartis abrasis legaliter conscribet nec non sententias et quodcumque testamentum donec publicata fuerint et aperta sub secreto fideliter retinebit et omnia recte faciet que ad dictum officium pertinent et pertinebunt et quod semper erit fidelis et obnoxius Imperio Rom. et Illustrissimo domino Duci Mediolani nostro. Et quod non contraveniet eisdem notificabit quoque omne damnum et detrimentum in eis constructum et construendum toto posse per se vel interpositam personam. In signum vero perpetuitatis hujus privilegii dictus d. Petrolus Comes ut supra hoc instrumentum manu mei notarii infrascripti scriptum mandavit sui sigilli appositione muniri.

Ego Jacobus de Grumellis de Sonzino not. publ. Imperiali auctoritate constitutus predictis interfui et rogatus hanc cartam seu publicum instrumentum inbreviavi et scripsi, et ad confirmationem premissorum me subscripsi signumque meum solitum apposui.

Ex quodam libro servato apud Moniales S. Catherine Monasterii Soncini rudimenta pro notariis continente excripsi.

Archivio Gussalli. — Monumenta Soncini, vol. 2, fol. 22.

68.

1422, 14 Febbrajo.

Atto del giuramento prestato dal conte Giacomo Covo, siccome unico concessionario del feudo di Covo.

NB. — In questo rogito sono compenetrati gli istromenti 27 marzo 1410, dell' investitura del feudo di Covo. — 1411, 14 ottobre del feudo d'Antegnate. — 1413, 22 gennajo del feudo di Romano. — 1422, 13 febbrajo, della rinuncia del feudo di Covo, fatta dagli agnati conti Covo al predetto conte Giacomo.

In nomine Sancte, et individue Trinitatis feliciter. Amen.

Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, Indictione quintadecima, die sabbati, quartadecima mensis februarii, in civitate Mediolani, videlicet in domo, in qua tenetur consilium infrascripti Illustrissimi domini domini ducis Mediolani, in Camera ipsius consilii P. V. P. S. Protasii in Campo intus: Ibique, cum hoc sit, quod nunquam quondam recolende memorie Illustris. Princeps, et etiam dominus dominus Joannes Maria Anglus, dux Mediolani etc. bonis respectibus motus, de ejus ducali absoluta potentia alias Castrum, Rocham, et terram de Covo, diocesis Cremonensis, cum ejus terris, villis, et omnibus aliis suis juribus, et pertinentiis, creaverit, instituerit, et herexerit, in comitatum, et Comitatus dignitatem sublimaverit et immediate de ejusdem Comitatus dignitate, ac de ipsa terra ...... ejus juribus et pertinentiis investiverit in feudum, et nomine feudi nobilis et gentilis virum egregium, nun. quon. Jacobum, filium quondam Nicolai de Covo, et ceteros nobiles de Covo, sic eorum benemeritis exigentibus in infrascripto instrumento nominatos, sive eorum nomine recipientis eosdem, et successores suos legittimos, et masculos Comites dicti Comitatus creando, ut hec, et alia latius constant publico instrumento ipsius creationis, et investiture ejus sigillo pendenti munito, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur in hac forma:

1410, 27 Marzo.

Investitura del Feudo di Covo.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis feliciter. Amen.

Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi, millesimo quadrin-

gentesimo decimo, indictione tertia, die Jovis, vigesimo septimo, mensis Martii. Illustrissimus Princeps et Excellentissimus dominus dominus Joannes Maria Anglus, dux Mediolani etc. felicissime nunquam delende memorie, quondam Illustr. Principis, et Excell. dom. dom. Joannis Galeatis, olim ducis Mediolani etc., natus habitans et moram trahens in Civitate Mediolani, in ejus Curia noncupata Curia Arengi dominationis Mediolani constructa in P. R. in P. S. Joannis ad fontes ejusdem Civitatis. Certis bonis respectibus, et considerationibus motus tendentibus ad conservationem et augmentum status sui, ex certa scientia, et cum plena cause cognitione nulloq., juris, nec facti errore ductus.... animo deliberato, et de plenitudine ejus ducalis potestatis, etiam absolute, omnique modo jure via et forma quibus melius potuit, et potest etiam vigore privilegiorum, que habet a serenissima et Regia Romanorum Majestate, omnibusque solemnitatibus tam juris quam facti, tam extrinsecis, quam intrinsecis, que in talibus et similibus requiruntur diligenter, et solemniter intervenientibus Castrum. Rocham et terram de Covo diocesis Cremonensis cum toto territorio dicte terre de Covo, et cum omnibus terris, villis, cassinis et molendinis dictis Castro Roche, et terre de Covo suppositis, et cum omnibus aliis suis juribus et pertinentiis instituit creavit, et creat in Comitatum et ad Comitatus dignitatem erexit et erigit, illustravit, sublimavit et decoravit modis formis preeminentiis juribus et auctoritatibus, quibus potitur et utitur Comitatus dignitas volens, et decernens antedicta Castrum, Rocham, et terram de Covo, cum suis districtibus, territoriis juribus et pertinentiis ut supra omnibus et singulis illis libertatibus, dignitatibus, prerogativis, et privilegiis esse munita pariter, et ornata quemadmodum sunt, et dignoscuntur civitates, ac loca alia quellibet Comitatum et Comitatus dignitatem obtinentia et habentia et ad ipsam Comitatus dignitatem erecta instituta et creata, ac illustrata, sublimata et decorata. Quibus sic peractis prefatus Ill. Princeps et Excell. dom. dom. Johannes Maria Anglus dux Mediolani etc. cognoscens et considerans sincere dilectionis affectum, arduaque fidelitatis obsequia, que Egregii ac nobiles et strenui viri Nicolaus de Covo, filius quondam spectabilis et egregii militis domini Petri, et Jacobus de Covo, filius dicti Nicolai, ac Baldesar de Covo, filius quondam Andelmarii, et Antoniolus de Covo, filius quondam Georgii, Aloisius et Antonius fratres de Covo, filii quondam domini Paganini, Antonius et Joannes fratres de Covo, filii quondam Petri, filii quondam domini Tomasi, Bazonus de Covo, filius quondam Masnerii, Bertolameus de Covo,

filius quondam Thomasini, Thomasinus et Joannes fratres de Covo, filii quondam Jacobi, filii quondam dicti Thomasini et Joannes de Covo, filius quondam Arighini, omnes de Sonzino, prefato Ill. Pr. et Excell. dom. dom. duci Mediolani etc., hactenus impenderunt, et dietim ac continue impendunt: attentaque eorum comprobata virtute et nobilitate, utque prefati egregii et nobiles viri de Covo, et quilibet eorum liberique, et descendentes sui nati et nascituri ex linea masculina a se legitime et de legitimo matrimonio descendentes in fidelitate, ac status bonorum et jurium prefati Illustr. et Excel. dom. dom. ducis Mediolani etc., liberumque et descendentium suorum in ducatu successorum conservatione protinus se actualiter, et indefesse habeant, cupiens et intendens de aliquali remuneratione predictos nobiles de Covo liberosque et descendentes suos remunerare eosque et descendentes suos legitimos ut supra aliquali dignitate decorare et dotare sublimare et illustrare pro aliquali retributione benemeritorum suorum, et presertim quia postpositis omnibus dispendiis, mortisque periculis continue, et incessanter pro augumento et conservatione status prelibati domini domini ducis intendunt. Ex certa scientia et deliberato animo et de plenitudine potestatis ducalis, etiam absolute et omnibus melioribus modo, jure, via, et forma quibus melius validius, ac efficacius potuit et potest ibidemque intervenientibus omnibus solemnitatibus tam juris quam facti, et tam extrinsecis quam intrinsecis in talibus et similibus debitis opportunis et necessariis, tenore presentium dedit, tradidit et concessit, ac dat, tradit et concedit in feudum nobile et gentile seu honorabile vel legale et nomine et jure feudis nobilis et gentilis seu honorabilis vel legalis, quod naturam sapiat et effectum aviti et proaviti nobili viro Villano de Marascotis, filio quondam domini Joannis, Civi Laudensi, nunc commoranti in terra Sonzini episcopatus Cremone procuratori et procuratorio nomine prefatorum nobilium de Covo, superius nominatorum et cuiuslibet eorum ad hec spetialiter constituto, ut constat publico procurationis instrumento tradito et rogato per Petrum de Vulpibus de Sonzino, notarium publicum auctoritate imperiali, anno ab incarnatione domini nostri milesimo quadringentesimo nono, indictione.... die vigesimo quarto mensis martii, ibi presenti petenti et requirenti, ac stipulanti, et recipienti procuratorio nomine pro predictis nobilibus de Covo, liberisque ac descendentibus eorum natis et nascituris ex linea masculina legitime et de legitimo matrimonio descendentibus suprascriptum Comitatum et dicti Comitatus dignitatem, nec non dicta Castrum Rocham et terram de Covo, cum

omnibus terris, villis, cassinis et molendinis dictis Castro Roche et terre de Covo suppositis, ac etiam cum omnibus et singulis pascuis buschis glareis zerbis brugariis fontibus aquis aqueductibus, rugiis jurisdictionibus preeminentiis honoribus honorantiis dignitatibus et prerogativis nec non pedagiis piscationibus et venationibus et cum omnibus aliis juribus quovismodo et qualitercumque pertinentibus et spectantibus dictis Castro Roche et terre in feudum datis et concessis ut supra et cum mero et mixto imperio ac omnimodo jurisdictione et aliis regalibus ac juribus regalium quorumcumque pertinentibus et spectantibus prelibato domino domino duci in et pro eis bonis concessis in feudum ut supra salvo semper ipsi prelibato domini domini duci jure debite fidelitatis et superioritatis. — Et de ipsis comitatu, et dignitate Comitatus ac dictis Castro Rocha et terra de Covo cum predictis juribus jurisdictionibus honorantiis et prerogativis mero et mixto imperio et regalibus et juribus regalium investivit prefatus dominus dominus dux Mediolani etc. jure et nomine feudi nobilis et gentilis, seu honorabilis et legalis ut supra predictum Villanum de Marascotis procuratorem et procuratorio nomine quo supra coram prelibato domino domino duce, cum reverentia flexis genibus constitutum et astantem pro predictis nobilibus de Covo et eorum legitime descendentibus ut supra, cum ense evaginato, quem prefatus dom. dom. dux per capulum dedit et tradidit prefato Villano dictis nominibus stipulanti et recipienti. — Creans erigens instituens ac illustrans et decorans prefatus dominus dominus dux premissis omnibus et singulis consideratis et attentis ex certa scientia et de plenitudine potestatis ducalis etiam absolute ut supra predictum Villanum procuratorem et procuratorio nomine predictorium nobilium de Covo et per eum omnes ipsos nobiles de Covo eorumque liberos et descendentes legitimos ut supra, honorabiles Comites dictorum locorum et fortilitiorum in feudum concessorum ut supra volens prefatus dominus dominus dux et hoc suo ducali statuens edicto, ut ex nunc usque in perpetuum prefati nobiles de Covo et quilibet eorum et cujuslibet eorum liberi et descendentes legitimi, ut supra vocentur et sint Comites dicte terre de Covo et perpetuo universis et singulis juribus libertatibus dignitatibus privilegiis et honorantiis fruantur et gaudeant quibus ceteri Comites fruuntur et gaudent. — Tribuens insuper et concedens prefatus Ill. dom. dom. dux ad majorem cumulum dignitatis Comitatus predicti predicto Villano dictis nominibus stipulanti et recipienti et per eum prefatis nobilibus de Covo eorumque liberis et descendentibus ut supra pro Arma et Insignio dicti Comitatus, unam

mediam aquilam nigram, videlicet ipsam aquilam a medio supra cum alis integris et completis, et cum corona una aurea in capite super gropo, seu retondo vipere que depingitur pro insignio Illustrissimorum Principum dominorum dominorum Vicecomitum, cum campo gialdo a dicto gropo seu retondo dicte vipere supra et cum tota dicta vipera azura a dicto gropo, seu retondo infra et que insignia depingatur et fiat et depingi et fieri debeat modo et forma quo et qua depincta et facta est in pagina presentis instrumenti. — Et hec omnia non obstantibus aliquibus juribus tam communibus quam municipalibus in contrarium aliqualiter facientibus, quibus in quantum premissis vel alicui premissorum obviarent, prefatus dom. dom. dux ex certa scientia et de sue ducalis potestatis plenitudine derogavit et derogat. — Eo videlicet modo et ordine fecit et facit prefatus dom. dom. dux predictas feudalem concessionem et investituram ut supra, quod de cetero prefati nobiles de Covo eorumque liberi et descendentes ut supra habeant teneant gaudeant, et possideant seu quasi ac exerceant predictum Comitatum seu Comitatus dignitatem loca fortilitia jurisdictiones merum et mixtum imperium regalia et jura regalium superius in feudum data, et concessa cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis, accessis ingressibus et regressibus ac comoditatibus quibuscumque pertinentibus et spectantibus predictis in feudum datis et concessis et prefato domini domini duci in eis et quolibet eorum et eorum causa, et occasione, salvo semper et reservato prefato domini domini duci, jure debite fidelitatis et superioritatis ut supra. — Que quidem omnia et singula in feudum data et concessa ut supra prefatus Illustrissimus dominus dominus dux constituit se nomine predicti procuratoris dictis nominibus et per eum nomine predictorum nobilium de Covo tenere et possidere, seu quasi donec predicti nobiles de Covo predictorum omnium et singulorum bonorum, et jurium in feudum datorum et concessorum possessionem corporalem vel quasi adepti fuerint. — Quam quidem possessionem seu quasi accipiendi etiam sua propria auctoritate et deinceps retinendi prefatus Illust. dom. dom. dux dicto procuratori dictis nominibus et per ejus dictis nominibus predictis nobilibus de Covo licentiam et auctoritatem omnimodam tribuit et ex nunc concessit et concedit promittens prefatus dominus dominus dux predicto Villano de Marascotis procuratori presenti et dictis nominibus stipulanti et recipienti et per ipsum procuratorem dictis nominibus dictis nobilibus de Covo quod ipse prefatus dominus dominus dux liberique sui et descendentes in ducatu successuri pro premissis in feudum concessis ut supra predictis nobilibus de Covo

nec eorum descendentibus ut supra in perpetuum litem questionem vel controversiam in juditio nec extra per se nec per alium non inferent nec inferri consentient sed omnino suprascripta et infrascripta omnia et singula prefatus dom. dom. dux pro se liberisque suis et descendentibus in ducatu successuris attendi et observari vult et mandat ac promisit et promittit non obstantibus aliquibus literis concessionibus gratiis rescriptis nec privilegiis quovis modo concessis per prefatum dom. dom. ducem seu ejus predecessores nec aliquibus aliis quomodolibet in contrarium facientibus et specialiter non obstantibus aliquibus concessionibus, seu alienationibus que reperiantur hinc retro sub quocumque titulo facte Stangelino de Palude seu aliis ejus nomine recipientis quas concessiones et alienationes factas dicto Stangelino, propter ejus demerita alias revocavit et ad cautelam presentium tenore ex certa scientia et de ipsius plenitudine potestatis etiam absolute revocat ac omnibus aliis et singulis predictis vel infradictis observantibus ex certa scientia et de ejus plenitudine potestatis etiam absoluto derogavit et derogatum esse voluit et jussit tenore presentium. — Promisit etiam insuper prefatus dominus dominus dux predicto Villano procuratori presenti et dictis nominibus stipulanti et recipienti, quod predicta bona et jura in feudum data et concessa manutenebit et defendet prout tenetur de jure et secundum morem et naturam feudi dominus feudatario suo hoc tamen acto et intellecto specialiter, quod prefatus dom. dom. dux non teneatur nec obligatus sit in aliquo predictis nobilibus de Covo, nec eorum liberis nec descendentibus, nec alicui alii persone de evictione nec ad alicujus interesse restitutionem et versa vice predictus Villanus de Marascotis procuratori et procuratorio nomine predictorum nobilium de Covo, et cujuslibet eorum, ut supra voluntarie sponte et ex certa scientia, et non per aliquem errorem omnimodo jure via et forma quibus melius et validius potuit et potest etiam intervenientibus ibidem omnibus solemnitatibus, tam juris quam facti et tam extrisecis quam intrinsecis in talibus debitis opportunis et necessariis promisit et promittit per solemnem stipulationem, sub obbligatione sui dictis nominibus, et dictorum nobilium de Covo, quorum est procurator et eorum nobilium bonorum presentium et futurorum pignori prefato Ill. dom. dom. duci presenti stipulanti et recipienti pro se suisque liberis et descendentibus in ducatu successuris ac etiam juravit et jurat ad sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis scripturis in manibus prefati dom. dom. ducis presentis et stipulantis et mei notarii velut persone publice ejus nomine stipulantis in

animabus et super animabus prefatorum nobilium de Covo et cujuslibet eorum debite fidelitatis et vassalagii Sacramentum et quod predicti nobiles de Covo et quilibet eorum et cujuslibet eorum liberi et descendentes ut supra, ab hac hora in antea usque ad ultimum diem vite sue erunt boni veri et fideles vassali prefati Ill. dom. dom. ducis Mediolani: ejusque liberorum et descendentium ut supra contra omnem hominem et personam et quod numquam scienter erunt in auxilio, consilio, vel facto propter quod prefatus dom. dom. dux amittat...... aliquod vel recipiat in persona aliquam lesionem minuam vel contumeliam, vel quod amittat aliquem... habent, vel in antea habebit seu possidebit et quod si sciverint, vel audiverint de aliquo, qui vellet aliquid istorum contra prefatum dom. dom. ducem, seu ejus descendentes in ducatu successuros facere, pro posse ut non fiat impedimentum prestabunt, et si impedimentum prestare nequiverint, quam cito poterunt prefato dom. dom. duci nuntiabunt, et propalabunt et prefato dom. dom. duci suum totale auxilium, et suffragium prestabunt et si contigerit prefatum dom. dom. ducem recuperare juvabunt, et recuperatam omni tempore retinere juvabunt, et si sciverint prefatum dom. dom. ducem, velle juste offendere aliquem et inde specialiter, vel generaliter fuerint requisiti suum sibi, sicut poterunt prestabunt auxilium et suffragium. — Et si aliquid in secreto prefatus dom. dom. dux predictis nobilibus de Covo, vel alicui eorum, vel descendentibus suis ut supra manifestabit, illud sine spetiali licentia prefati dom. dom. ducis, nemini pandent nec aliquid propter, quod pandatur facient, et si aliquod consilium super aliquo facto predictis nobilibus de Covo, vel descendentibus suis ut supra postulaverit, illud prefato dom. dom. duci, dabunt consilium, quod eis magis videbitur expedire, et quod nunquam ex eorum personis aliquid facient scienter, quod perveniat, vel pervenire possit ad prefati dom. dom. ducis injuriam vel contumeliam et in omnibus et per omnia juravit, et jurat predictus Villanus dictis nominibus et ut supra prout continentur in titulo, seu tenore Sacramenti antique et nove forme fidelitatis. — Quequidem omnia et singula suprascripta et infrascripta prefatus dom. dom. dux, pro se liberisque et descendentibus suis in ducatu successuris in perpetuum et predictus Villanus procurator, procurator nominibus, quibus supra pro ipsis nobilibus de Covo et cujuslibet eorum liberis et descendentibus ut supra promiserunt et per pactum solemni stipulatione valatum convenerunt vicim et ad invicem, et mihi notario infrascripto, tanquam persone publice stipulanti et recipienti nomine et vice predictorum et cujuslibet eorum

singula singulis congrue referendo, cunctis temporibus et perpetuo rata, grata, et firma ac stabilia habere, et tenere suprascripta et infrascripta omnia et singula et ea attendere et observare et nullitatis contrafacere dicere nec venire per se vel interpositam personam aliqua ratione causa, vel occasione de jure, nec de facto. — Promittens insuper predictus Villanus procurator nominibus quibus supra sub obbligatione ipsorum nobilium de Covo, et bonorum suorum et pro ipsis nobilibus, et eorum descendentibus prefato dom. dom. duci, presenti stipulanti, et recipienti pro se et descendentibus suis et seu in ducatu successuris, quod predicti nobiles de Covo nec aliqui eorum nec aliqui descendentes eorum non renuntiabunt in perpetuum dicto feudo contra voluntatem prefati dom. dom. ducis. — Renuntians ex certa scientia expresse et specialiter omni juri etiam consuetudinario, per quod tribueretur ipsis nobilibus de Covo renuntiandi potestas, seu facultas. — Et quod ad fidelitatem et ad alia superius contenta erunt predicti nobiles de Covo, eorumque liberi et descendentes ut supra in perpetuum obligati prefato dom. dom. duci, ejusque descendentibus seu in ducatu successuris ut supra. — Renuntiantes prefatus dom. dom. dux et predictus Villanus nominibus quibus supra exceptioni non facti et non celebrati hujusmodi instrumenti modis et formis suprascriptis et infrascriptis et predictorum et infradictorum omnium et singulorum non ita et taliter actorum et factorum omnique probationi exceptioni et defensioni in contrarium. — Supplevit insuper et supplet prefatus dom. dom. dux ex certa scientia et deliberato animo ac de sue potestatis etiam ducalis plenitudine etiam absolute omnem solemnitatem que in talibus requiratur, tam ex dispositione juris communis, quam municipalis. — Mandans insuper prefatus dom. dom. dux, suis potestatibus, Capitaneis, Referendariis, Jusdicentibus, Rectoribus, et offitialibus quibuscumque presentibus et futuris et quibuscumque spectat et spectare poterit ad quorum notitiam pervenerit quomodolibet in futurum, quatenus hoc presens Instrumentum et omnia et singula in presenti Instrumento contenta observent et faciant inviolabiliter observari.— Mandavit insuper et mandat prefatus dom. dom. dux, hoc presens Instrumentum ad majorem firmitatem et in testimonium et rebus premissorum appensione sui sigilli debere muniri. — Et de predictis prelibatus dom. dom. dux Mediolani etc. mandavit et mandat per me Antoninum Plantanidam notarium infrascriptum rogari et fieri debere publicum instrumentum.

Actum in anticamera prefati Illustr. et Excell. dom. dom. ducis Mediolani etc. — Sita in curia prelibati dom. dom. ducis, noncupata

Curia Arengi dominationis Mediolani, constructa in suprascriptis P. R. P. S. Johannis ad Fontes Medionali, presentibus Johannolo Grasso, filio quondam domini Stefani P. V. P. S. Marie ad Portam Mediolani et Bertolo de Mandelo, filio quondam domini Primi P. O. P. S. Salvatoris in Xenodochio Mediolani, ambobus notariis Mediolani et protonotariis.

Interfuerunt ibi testes, Reverendus in Christo Pater, et dom. dom. Petrus de Georgiis, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Terdonensis et Comes prelibati dom. dom. ducis Mediolani etc. Consiliarius secretus. — Spectabilis et Egregius miles dominus Gaspar Vicecomes, filius quondam spectabilis et egregii viri domini Berteti P. V. P. S. Protasii in Campo Mediolani, intus similiter prefati dom. dom. ducis consiliarius secretus et Merescalcus generalis. — Nobilis et egregius vir Joannes de Aliprandis, filius quondam nob. viri dom. Pagani P. N. P. S. Eusebii Mediolani etiam prelibati dom. dom. ducis consiliarius secretus. — Nobilis et egregius miles dominus Nicolaus de Mandelo, filius quond. spectab. viri dom. Mafei P. N. P. S. Demiani in Carubio Mediolani, prelibati dom. dom. ducis camerarius. — Nobilis vir Antoninus de Mandelo, filius q. dom. Johanoli P. O. P. S. Salvatoris in Xenodochio Mediolani, prelibati dom. dom. ducis primus camerarius. — Sapiens et egregius legum doctor dominus Jacobus de Ghisulfis de Crema, prelibati dom. dom. ducis Vicarius generalis. — Nobilis vir dominus Alchirolus de Lacruce, filius quondam domini Berti P. T. P. S. Ambrosii in Solairolo Mediolani, prefati dom. dom. ducis camerarius. — Nobilis vir Andreas de Badagio, filius quondam spect. et egreg. militis dom. Balzaroli P. C. P. S. Joannis ad quatuor facies Mediolani, prelibati dom. dom. ducis camerarius. — Nobilis vir dominus Gabriel de Rhaude, filius q. dom. Beltramoli P. O. P. S. Stefani in Brolio Mediolani, intus prelibati dom. dom. Collateralis generalis. — Nobilis vir Jacobus Vicecomes, filius quondam domini Francisci P. O. P. S. Marie ad Passarelam Mediolani, prelibati dom. dom. ducis Fescalcus. — Nobilis vir Paulus de Badagio, filius q. prefatis spect. et egr. militis dom. Balzaroli suprascripturarum P. C. P. S. Joannis ad quatuor facies. — Reverendus Magister Joseph de Tabusiis de Castronovate, physicus, prelib. dom. dom. ducis medicus. — Nobilis vir Conradinus ex capitaneis de Vicomercato, filius dom. Thomasii P. N. P. S. Fidelis Mediolani, prelibati dom. dom. ducis cancellarius. — Nobiles viri Azinus de Caymis, filius quondam nob. militis dom. Azini, et Balzarinus de Modoetia, filius dom. Joanoli P. C. P. S. Marcellini, omnes noti, idonei, vocati et rogati.

Ego Antoninus Plantanida, filius quond. dom. Francisci P. V. P. S. Marie ad Portam Mediolani, publicus Mediol. Imperialique auctoritate notarius rogatus tradidi et subscripsi.

Ego antedictus Joannolus Grassus, notarius publicus civit. Mediol. predictis omnibus et singulis, dum sic ut premittitur agerentur, et fierent presens fui et ea omnia sic fieri vidi et audivi et pro notario consensi et me subscripsi.

Ego antedictus Bertolus de Mandelo notarius publicus civit. Mediol. predictis omnibus et singulis, dum sic agerentur et fierent ut premittitur presens fui, et ea omnia sic fieri vidi, et audivi, et pro notario consensi, et me subscripsi.

Ego Mafiolus de Judicibus, filius quondam domini Ambrosii civit. Mediolani P. T. P. S. Maurilii, notarius publicus, jussu suprascripti Antonini Plantanide notarii, presens instrumentum scripsi, et me subscripsi.

Cumque postea sic crescentibus benemeritis, et multiplicitatis fidelitate, et obsequiis dicti Jacobi, prefatus Ill. dom. dom. Joannes Maria dux Mediolani etc., investiverit eundem Jacobum, seu ejus nomine recipientem de terra, et castro de Antignate, diocesis Cremonensis cum omnibus suis juribus honorantiis et pertinentiis in feudum nobile et gentile per formam instrumenti sigillo pendenti prefati domini domini ducis muniti tenorem qui sequitur continentis:

1411, 14 Ottobre.

Investitura del feudo di Antegnate.

In nomine domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo undecimo, indictione quinta, die mercurii quartodecimo mensis octobris.

Illustrissimus Princeps et Excellentiss. dom. dom. Joannes Maria Anglus Vicecomes, dux Mediolani etc. natus quondam recolende felicissimeque memorie Ill. Principis et Excell. dom. dom. Galeaz. Vicecomitis olim ducis Mediolani etc., habitans et moram trahens in civitate Mediolani, in ejus Curia, que apellatur Curia Arenghi dominationis Mediolani, sita in Porta Romana in Parochia Sancti Joannis ad fontes. Cognoscens et considerans sincere dilectionis affectum arduaque fidelitatis obsequia, que vir nobilis et strenuus Jacobus Comes de Covo, filius quondam nobilis et strenui viri domini Nicolai de Covo, habitans et moram trahens in terra Sonzini, diocesis Cremonensis, prefato Illustriss. Principi et Excellentiss.

dom. dom. duci hactenus et dietim impendit attentaque ejus comprobata virtute utque predictus Jacobus liberique et descendentes sui nati et nascituri masculi et linea masculina a se legitime et de legitimo matrimonio descendentes in fidelitate et status bonorum et jurium prefati dom. dom. ducis liberorumque et descendentium suorum in ducatu successurorum conservatione protinus se actualiter et indefesse habeant alias prefatus Illustriss. dom. dom. dux infrascriptam feudalem concessionem et Investituram et infrascripta non fuisset facturas. — Cupiensque et intendens de aliquali remuneratione predictum Jacobum liberosque, et descendentes suos ut supra remunerare pro aliquali retributione benemeritorum suorum et presertim quia pospositis omnibus dispendiis mortisque periculis continue et incessanter pro augumento et conservatione prefati dom. dom. ducis ejusque status intendit. — Ex certa scientia et deliberato animo de plenitudineque potestatis sue deliberationeque prehabit cum Illustre et preclaro domino domino Fatino Comite Blandrate etc. patri et generali Gubernatore prelibati dom. dom. ducis, ac cum spectabilibus et egregiis ac sapientibus de consilio prefati dom. dom. ducis omnibusque modo jure, via et forma quibus melius validius ac efficacius potuit et potest; ibidemque intervenientibus omnibus solemnitatibus tam juris quam facti in talibus debitis opportunis et necessariis intrinsecis et extrinsecis; tenore presentium dedit, tradidit et concessit et dat traddit et concedit in feudum nobile et gentile seu honorabile vel legale et nomine et jure feudi nobilis et gentilis seu honorabilis vel legalis quod naturam sapiat vim et effectum aviti et proaviti nobili viro Villano de Marascotis filio quondam domini Joannis civis Laude, habitanti in dicta terra de Sonzino procuratori et procuratorio nomine prefati nobilis et strenui viri Jacobi Comitis de Covo ad hoc specialiter constituto ut constat publico instrumento procure tradito, et subscripto per Manuelem de Cavatiis de Sonzino notarium, anno et indictione presentibus et die undecimo presentis mensis octobris; coram prefato Illustriss. et Excellentiss. dom. dom. duce cum reverentia flexis genibus constituto et astanti presenti requirenti stipulanti et recipienti nomine prefati nobilis viri Jacobi Comitis de Covo, et pro ipso Jacobo liberisque et descendentibus suis masculis natis et nascituris ex linea masculina a se legitime et de legitimo matrimonio descendentibus, Terram et Castrum de Antignate, diocesis Cremonensis, cum omnibus terris, villis, cassinis et molendinis dictis terre et castro suppositis, ac cum omnibus et singulis pascuis, buschis, glareis, zerbis, brugariis, fontibus, aquis, aqueductibus,

rugiis, jurisditionibus, preeminentiis, honoribus, honorantiis, dignitatibus et prorogativis, nec non pedagiis, piscationibus et venationibus, et cum omnibus aliis juribus quovis modo et qualitercumque pertinentibus et spectantibus dictis terre et castro de Antignate, et cum mero et mixto imperio, et omnimoda jurisdictione et juribus regalium et imponendi vectigalia, datia et pedagia cujusvis manere et hec omnia cum omnibus suis juribus et pertinentiis in integrum quovis modo predictis bonis et juribus in feudum datis et concessis ut supra pertinentibus et spectantibus etiam cum quibus hactenus tenta et possessa, seu quasi fuerunt, et etiam ad presens tenentur seu possidentur per prefatum dom. dom. ducem seu ejus nomine: et de ipsis terra, castro, bonis, juribus jurisdictionibus, mero et mixto imperio et regalibus et juribus regalium per modum suprascriptum prefatus dominus dominus dux investivit jure feudi nobilis et gentilis seu honorabilis vel legalis potestatis predictum Villanum dicto nomine, coram prefato domino domino duce cum reverentia flexis genibus astantem, et per eum Villanum prefatum nobilem virum Jacobum Comitem de Covo, et item ipsum Jacobum Comitem de Covo pro se liberisque suis masculis legitimis descendentibus ut supra cum ense evaginato, quem prefatus dominus dominus dux per capulum dedit et tradidit predicto Villano dicto procuratorio nomine quo supra presenti stipulanti et recipienti; eximendo et separando et exhimit ac separavit ac liberavit et liberat prefatus dom. dom. dux de potestate qua supra predictam terram de Antignate predictaque bona et quodlibet eorum in feudum data et concessa ut supra a Jurisditione Civitatis Cremone et cujuslibet alterius loci cui supposita foret pro toto vel pro parte. — Et hec omnia non obstantibus aliquibus juribus tam comunibus quam municipalibus in contrarium aliqualiter facientibus quibus in quantum premissis vel alicui premissorum obviarent auctoritate ducali et de potestatis plenitudine quibus supra totaliter ex certa scientia derogavit et derogat. — Eo videlicet modo et ordine fecit et facit prefatus dominus domin. dux predictas feudalem concessionem et investituram ut supra que de cetero predictus nobilis vir Jacobus Comes de Covo liberi et descendentes sui masculis et descendentes ut supra, habeant teneant gaudeant et possideant, ac exerceant seu quasi, suprascripta bona jura et jurisdictiones merum et mixtum imperium et regalia ac jura regalium in feudum data et concessa ut supra cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis accessis ingressibus et regressibus ac commoditatibus quibuscumque pertinentibus et spectantibus predictis bonis juribus, jurisdictionibus et mero et mixto imperio ac

regalibus in feudum datis et concessis ut supra et prefato domino domino duci in eis et quolibet eorum et eorum causa et occasione: salvo semper jure debite fidelitatis et superioritatis, etc. etc. — Et predictus Villanus procuratorio nomine prefati Jacobi de Covo pro se liberisque suis et descendentibus ut supra omni modo jure, via et forma quibus melius et validius potuit et potest etiam intervenientibus omnibus solemnitatibus in talibus debitis et opportunis ac necessariis tam juris quam facti et tam intrinsecis quam extrinsecis promisit et promittit per solemnem stipulationem sub obligatione sui dicto nomine et omnium suorum dicto nomine et prefati Jacobi Comitis de Covo bonorum presentium et futurorum pignori prefato domino domino duci presenti stipulanti et recipienti pro se ejusque liberis et descendentibus in ducatu successoribus ut supra ac etiam juravit et jurat predictus Villanus procuratorio nomine quo supra et propredicto Jacobo ejusque liberis et descendentibus ut supra ad Sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis scripturis et in animam et super animam dicti Jacobi debite fidelitatis et vasalagii sacramentum: et quod predictus Jacobus ejusque liberi et descendentes ut supra ab ac hora in antea usque ad ultimum diem vite sue erit et erunt bonus verus et fidelis vassalus et boni et veri et fideles vassalli prefati Illustriss. dom. dom. ducis ejusque liberorum et descendentium in ducatu successorum contra omnem hominem et personam et quod unquam scienter erit nec erunt in auxilio consilio vel facto, quod seu propter quod prefatus dominus dominus dux amittat vitam vel membrum aliquod vel recipiat in persona aliquam lesionem injuriam vel contumeliam vel quod amittat aliquem honorem vel preeminentiam que nunc habeat vel in antea habebit seu possidebit et quod si sciverit vel audiverit de aliquo qui vellet aliquid istorum contra prefatum dom. dom. ducem seu descendentes in ducatu successores facere pro posse ut non fiat impedimentum prestare nequiverit quam cito poterunt prefato domino domino duci nuntiabit et propalabit et nuntiabunt et propalabunt, etc..... — Et promiserunt prefatus dominus dominus dux et predictus Villanus dicto nomine vicissim et ad invicem sub obligatione eorum et omnium suorum bonorum predicta omnia et singula attendere et observare etc.... Mandans insuper et mandavit prefatus dom. dom. dux potestatibus, Capitaneis, feudatariis; judicibus, jusdicentibus rectoribus, negotiorum gestoribus, et offitialibus quibuscumque presentibus et futuris et quibus spectat et spectare poterit quomodolibet in futurum et hec ad notitiam pervenerint quatenus hoc presens instrumentum et omnia et singula in presenti instru-

mento contenta observent et faciant inviolabiliter observari. — Mandans et mandavit insuper prefatus dominus dominus dux per presentes hoc presens instrumentum ad majorem firmitatem et in testimonium et robur promissorum appensione sui sigilli debere muniri. — Et de predictis prefatus dom. dom. dux mandavit et predictus Villanus dicto nomine rogavit per me Joanninum Moronum notarium infrascriptum ac notarium et scribam prefati domini domini ducis publicum confici debere instrumentum unum et plura ejusdem tenoris.

Actum in curia prefati Illustriss. dom. dom. ducis Mediolani sita ut supra presentibus pro notariis Donato de Aventiis filio quondam domini Poroli Porte Cumane Parochie Sancti Nazarii ad Petram Sanctam, et Gusmerio de Binago filio domini Antonioli Porte Vercelline Mediolani, Parochie Sancte Marie ad Portam ambobus notariis et protonotariis.

Interfuerunt ibi testes Reverendus in Christo pater et dominus dominus Bartolomeus de Caziis filius quondam domini Antonii, Dei gratia Episcopus Placentinus, habitans in domibus fratrum Sancti Eustorgii Mediolani, sitis in Porta Ticinensi, foris Mediolani. — Spectabilis et Egregius legumdoctor dominus Joannes de Carnago filius quondam domini Gaspari Porte Cumane Mediolani, Parochie Sancti Nazarii ad Petram sanctam, cancellarius prefati domini domini ducis. — Spectabilis et Egregius legum doctor dominus Franciscolus de Tignosiis filius quondam domini Marcholi Porte Ticinensis Mediolani, Parochie Sancte Marie Beltradis. Spectabilis et egregius legumdoctor dominus Johannes de Toppis filius quondam domini Martini legumdoctoris civis Papie, nunc habitans et moram trahens in Civitate Mediolani in Porta Cumana in parochia Sancte Marie Secrete omnes consiliarii domini prelibati. Nobiles viri Andreas de Badagio filius quondam spectabilis et egregii militis domini Balzaroli Porte Cumane Mediolani Parochie Sancti Johannis ad quatuor facies, camerarius domini prelibati. Conradinus de Vicomercato filius domini Thomasii habitans in Curia domini prelibati. Franciscolus de Torgio filius quondam domini Alberti Porte Ticinensis Mediolani Parochie Sancti Sebastiani, ambo secretarii domini prelibati. Luchinus de Crivelis filius quondam domini Beltrami dicti Mastini Porte Nove, Parochie Sancti Protasi ad Monachos Mediolani, collateralis domini prelibati. Et Betinus de Zardino filius quondam Martini habitans in dicta terra de Sonzino. Omnes noti vocati rogati et idonei.

Ego Joanninus Moronus natus quondam domini Johanardi publicus imperiali auctoritate notarius ac notarius et scriba prefati Illustris-

simi et Excellentiss. dom. dom. ducis Mediolani etc. Porte Cumane Parochie Sancti Nazarii ad Petram Sanctam premissis omnibus et singulis presens fui et rogatus tradidi et subscripsi et in testimonium premissorum signum meum cousuetum apposui et aliis occupatus negotiis alii ad scribendum dedi.

Ego predictus Donatus de Aventiis notarius predictis pro notario interfui et me subscripsi.

Ego predictus Gusmerius de Binago notarius predictis pro notario interfui ut supra et me subscripsi.

Et successive defuncto prefato Illustriss. dom. dom. Joanne Maria duce, dictus Comes Jacobus infra annum ab obitu prefati domini ducis solemniter requisiverit ab Illustrissimo Principe et Excell. domino domino Filippo Maria Anglo presente duce Mediolani condigno successore in ducatu predicto, ut dignetur predicta omnia et singula contenta in predictis instrumentis confirmare et renovare. Cujus Jacobi dignis requisitionibus inclinatus idem dominus dux sepius revolutis in arcano mentis sue constantia fidei et perseverantia benemeritorum ipsius Jacobi predicta solemniter confirmaverit per publicum instrumenti tenoris hujusmodi:

1412, 10 Dicembre.

Filippo Maria Visconti conferma le investiture dei feudi di Covo e di Antegnate.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo duodecimo, indictione sexta, secundum usum civitatis Mediolani. Die sabbati, decimo mensis decembris. In civitate Mediolani, in castro Porte Jovis infrascripti Illustris. dom. ducis, videlicet in camera cubiculari prefati dom. ducis. Egregius ac nobilis vir Jacobus Comes de Covo, filius quondam nobilis et strenui viri domini Nicolai, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, humiliter et reverenter exposuit Illustrissimo Principi et Excell. domino domino Filippe Maria duci Mediolani, Verone, etc. Papie Anglerieque Comiti, presenti, quod ipse Comes Jacobus per setiem infrascriptorum instrumentorum feudalium fuit Comes Covi institutus et creatus per quondam bone memorie Illustrem Principem et dominum dominum Joannem Mariam tunc ducem Mediolani, prefati domini nunc ducis germanum, et de dicta terra Covi cum omnibus in dicto instrumento Comitatus descriptus fuit investitus:

et etiam a prefato quondam bone memorie dom. Joanne Maria fuit in feudum nobile et gentile investitus de terra et castro de Antegnate diocesis Cremonensis cum omnibus in dicto instrumento investiture et feudalis concessionis descriptis, ut constat publicis instrumentis tenoris infrascripti uno videlicet dicti Comitatus fieri rogato per Antoninum de Plantanidis millesimo quadringentesimo decimo, indictione tertia, die vigesimo tertio mensis martii, et altero fieri rogato per Joanninum Moronum, millesimo quadringentesimo undecimo, indictione quinta, die quartodecimo mensis octobris, et quorum instrumentorum tenores inferius describuntur videlicet:

(Segue il tenore dei due precedenti istromenti: 27 marzo 1410 di investitura del feudo di Covo, e 14 ottobre 1411, di investitura del feudo di Antegnate.)

Et sciens idem Comes Jacobus ex juris debito et teneri ad requirendum infra annum et diem a die mortis recolende memorie Illustriss. Principis et domini domini Joannis Marie Angli, olim ducis Mediolani, hanc investituram feudalium concessionum sibi factarum per prelibatum olim domini domini Mediolani et Comitem Anglerii, de terra Covi et Comitatu predicto, ac de terra et Castro de Antegnate cum omnibus in dictis instrumentis investiturarum descriptis........ humiliter et flexis genibus omni modo, via et forma quibus melius potuit, prefato domino domino Filippo Marie duci Mediolani, Verone, etc..... supplicavit quatenus predictas investituras... ipsi Comiti Jacobo innovare et confirmare...... Quibus auditis prefatus dominus dominus dux considerans sincere dilectionis affectum et perfectam fidelitatem, quam prefatus Comes Jacobus habuit erga prefatum quondam dom. dom. Joannem Mariam ducem et presentialiter adversus prefatum dominum dominum ducem gerit... Annuens juste requisitioni dicti Comitis Jacobi...... confirmavit et confermat, et innovavit et innovat, non derogando propterea aliquorum juribus.... quibus innovatione et confirmatione factis, prefatus Comes Jacobus constitutus flexis genibus coram prefato dom. dom duce pro se, et filiis suis masculis a corpore suo legitime descendentibus..... juravit... ad Sancta dei Evangelia corporaliter manibus tactis scripturis, ac jurat et promittit in manibus prefati domini domini ducis debite fidelitatis et vassallagii sacramentum... etc. et inde prefatus dom. dux mandavit mihi notario, et dictus Comes Jacobus me eundem notarium rogavit ut de premissis unum et plura si fuerit opportunum publica conficiantur instrumenta.

Presentibus Reverendo in Christo Patre et domino domino Petro, dei et apostolice sedis gratia, episcopo Terdonensi et Comite. Reverendo in Christo Patre et domino domino. Bartolameo dei et apostolice sedis gratia, Episcopo Cremonense, et Comite. Et domino Vincentio de Marliano omnibus consiliariis prefati dom. ducis, inde testibus idoneis notis etc.

Ego Catelanus de Christianis, genitus quondam dom. Francischini Jurisperiti, publicus Papiens. Apostol. Imperialiq. Auctoritate notarius, ac prelib. Ill. Princ. et Excell. dom. dom. ducis Mediol. etc. secretarius hanc cartam mihi fieri jussam, rogatus tradidi, et subscripsi etc.

Ego Ambrosinus de Petrasancta fili. quondam domini Jacobini, notarius civitatis Mediolani Porte Vercelline Parochie Monasterii novi, hanc cartam jussu suprascripti notarii scripsi etc.

Et postea etiam prefatus Illustriss. dom. dom. noster, amplius super excrescentibus benemeritis dicti Comitis Jacobi investiverit in perpetuum dictum Comitem Jacobum in feudum nobile et gentile de terra et Rocha Romani, diocesis Pergamensis, cum omnibus juribus suis cum mero et mixto imperio per instrumentum publicum tenoris hujusmodi:

1413, 22 Gennajo.

Investitura del feudo di Romano.

In nomine Domini. Amen.

Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo tertiodecimo, indictione sexta, die vigesimo secundo mensis januarii, hora tertiarum. — In civitate Papie, in castro Ill. Princ. et Excell. d. d. Filippi Marie ducis Mediolani, Verone etc. Papie Anglerieq. Comitis videlicet in camera cubiculari prelibati d.; Ill. Princ. et Excell. d. d. Filippus Maria Anglus d. Med. Verone et Papie Anglerieque Comes: Considerans sincere dilectionis affectum, et perfectam fidelitatem, quas erga pref. dom. hactenus gessit, et presentialiter gerit Egregius, nobilisque, vir, Comes Jacobus de Covo, filius quondam nobilis et strenui viri domini Nicolai... omnibus meliori jure, via, modo, causa et forma quibus melius validius et efficacius potuit... dedit, tradidit et concessit in feudum nobile et gentile et jure feudi nobilis et gentilis egregio nobilique viro Comiti Jacobo de Covo... presenti et recipienti pro se et filiis suis masculis tam natis, quam nascituris legitime... nominative terram et Rocham Rumani Episco-

patus Pergami cum omnibus terris et proprietatibus aquarum, paludibus, sortumibus, silvis, buschis, pascuis et cum omnibus aliis pertinentiis, juribus, honoribus et nobilitatibus ac regalibus spectantibus et pertinentibus ipsis terre et roche per unam et prefato domino pro ipsis et etiam cum mero et mixto imperio omnimodaque jurisdictione ac gladii potestate, quas terram et rocham Rumani, et suprascripta omnia supra in feudum concessa prelibatus dominus dux de ejus absolute potestatis plenitudine exemit et separavit, ac separat a jurisdictione et subjectione Civitatis Pergami, et cujuslibet alterius loci cui supposita forent.... Eo modo... ut supra presentem feudalem concessionem ... dictus Comes Jacobus ejusque liberi et descendentes ut supra, habeant, teneant, gaudeant, possideant ... et merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem exerceant ... — Promittens ulterius prefatus dom. dux predicto Comiti Jacobo, quod dabit subsidium, cum fuerit opportunum, quod predicta in feudum concessa, manutenere et defendere possit contra quamlibet personam ... — Et in confirmationem dicte feudalis concessionis, prefatus d. dux predictum Comitem Jacobum presentem et flexis genibus reverenter recipientem pro se liberisque suis et descendentibus ut supra, cum uno ense evaginato, quem prefatus dominus suis manibus tenebat, et quem per capulum predicto Comiti Jacobo tradidit, investivit; et hoc non obstantibus aliquibus literis, concessionibus... privilegiis... quovis modo factis, vel concessis, per prefatum d. ducem, seu ejus predecessores et maxime Stangelino de Palude, nec aliquibus aliis quomodolibet in contrarium facientibus... Et e converso... dictus Comes Jacobus pro se liberisque suis natis et nascituris et legitimis et de legitimo matrimonio per lineam masculinam descendentibus... promisit et promittit... prefato domino d. Filippo Marie duci presenti, personaliter recipienti... tenere, regere et custodire predictas terram et rocham Rumani ad honorem et statum prelibati domini ducis, et etiam presentialiter juravit et jurat ad sancta dei Evangelia corporaliter tactis scripturis... debite fidelitatis et vassallagii sacramentum... etc. etc. — Et inde prefatus d. dux mandavit, et dictus Comes Jacobus rogavit me notarium infrascriptum, ut de premissis unum et plura, si fuerit opportunum, publica conficiam instrumenta.

Presentibus spectabilibus viris dominis Antonio de Bossiis, Urbano de Sancto Alosio, consiliariis et magistris intratarum. Francischino de Becaria, filio quondam domini Lodrisii et Antonino de Becaria filio quondam domini Augusti, camerariis prefati domini domini ducis, inde testibus notis idoneis ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

Ego Catellanus de Christianis, genitus quondam domini Francischini jurisperiti, publicus Papiens. Apost. Imperialique auctoritate notarius ac prelibati Ill. et Excell. domini domini ducis Mediolani etc. secretarius, hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi et subscripsi.

Ego Modestus December de Viglevano, filius dom. Alberti publ. Imper. Auct. notarius Papiensis, jussu suprascripti notarii hanc cartam scripsi etc.

Vere cum etiam prefatus Illustrissimus dominus dominus Filippus Maria Anglus dux Mediolani ad cujus notitiam pervenerat prefatum q. Illustr. dom. dom. Joannem Mariam pro aliquali remuneratione onerum suppurtatorum per dictum Comitem Jacobum eundem Jacobum et ejus parentelam et successores suos immunes et exemptos fecisse ab omnibus oneribus realibus, personalibus atque mixtis per ejus litteras patentes easdemque litteras confirmaverit et eandem concessionem de novo fecerit et concessit per patentes literas ipsius nunc domini ducis sigillo pendenti munitas, quarum tenor sequitur in hac forma:

1412, 11 Luglio.

Filippo Maria Visconti conferma ai Conti Covo le immunità ed esenzioni.

Filippus Maria Anglus dux Mediolani, comes Papie, ac dominus Verone etc.

Cum felicis recordationis Illustriss. quondam dominus Joannes Maria dominus dux, germanus noster, nobiles viros, Jacobum de Covo, ceterosque parentelle de Covo, et quemlibet eorum et ipsorum certis laudabilibus motus respectibus gratiose immunes et exemptos fecerit ab omnibus oneribus realibus personalibus atque mixtis prout in ipsis literis exemptionis et immunitatis prorsus continetur easdem literas prout jacent ad litteram et omnia et singula in eis contenta motu proprio, et de nostre plenitudine potestatis approbantes, ratificantes .... ac firmas et irrevocabiles manere debentes et firmiter observare volentes et jubentes de novo, attentis gratuitis obsequiis et indefessa fidelitate eorumdem nobilis Comitis Jacobi, ceterorumque Comitum parentelle de Covo, agnatorum suorum dilectissimorum nostrorum erga statum nostrum in his turbinibus multimode demonstratis et que in posterum habere continue spera-

mus firmiter ei tenemus, moremur, et nos ipsos suos et sua benemerita nostris favoribus prosequi gratiosis et eatenus pro aliquali compensatione benemeritorum suorum et perpessorum per ipsos pro ipsius nostri conservatione status multorum laborum atque damnorum volentes secum nostram benignam gratiam dispensare, harum tenore excerta scientia sponte, et de nostra plenitudine potestatis, ac omnimodo, jure, via et forma quibus melius possumus et debemus: Eosdem nobiles Comitem Jacobum ceterosque Comites parentelle de Covo, et quemlibet eorum et ipsorum et cujuslibet eorum filios et descendentes et descendentium descendentes cum omnibus eorum possessionibus et bonis presentibus et futuris ubicumque sita sint...... in quibuscumque datiis pedagiis gabellis et teloneis taleis prestitis coltis imbottaturis taxis macinis impositionibus gravaminibus ordinariis et extraordinariis angariis et per angariis patrimonialibus vexationibus factionibus conditionibus et ab omnibus oneribus realibus personalibus atque mixtis per nos et per quecumque Communia Collegia Universitates Civitatum terrarum et locorum nostrorum impositis et imponendis immunes et exemptos perpetuo facimus et reddimus, ac protinus absolutos. Mandantes universis et singulis Potestatibus, vicariis, Rectoribus, etc...... ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum, quatenus has nomine immunitatis et exemptionis litteras perpetuo stabiliter et firmiter valituras observent, et faciant inviolabiliter... observari etc. In quorum testimonium presentes fieri et registrari jussimus nostrique sigilli appensione numiri.

Datum Mediolani, die undecimo Julii, millesimo quadringentesimo duodecimo, quinta indictione. Martianus.

Et ab anno citra intra tempus debitum dictus Comes Jacobus viam sit universe carnis ingressus relictis superstitibus, et superviventibus viris Egregiis Comitibus Joanne majore, et perfecte etatis, ac Petro et Nicolao minoribus fratribus filiis et heredibus masculis et legitimis ipsius Comitis Jacobi, ex quo dictus Joannes suo proprio et principali nomine et ut heres pro ejus contingenti portione dicti quondam Comitis Jacobi, ac uti actor et procurator, et actorio et procuratorio nomine nobilissime domine Catherine de Barbobus, relicte quondam dicti Comitis Jacobi tutricis et tutorio nomine dictorum Petri et Nicolai.... habens ad hoc plenum et sufficiens mandatum a dicta tutrice traditum et rogatum die quinto decembris proxime preteriti a Christoforo de Cavalis de Sonzino notario etc.... Supplicando requisiverit et requiri fecerit prefato Illu-

strissimo domino domino duci, ut sui benigna et solita clementia dignetur et velit predictum Comitatum et predictas investituras... confirmare, ratificare, approbare ... cum omnibus clausulis etc..... et etiam quia ceteri nobiles de Covo suprascripti, descripti in dicto instrumento feudalis concessionis et Comitatus terre Covi ... sponte renuntiaverunt versus dictum Comitem Jacobum ..... retenta sola Comitatus dignitate ..... Quibus supplicationibus ..... auditis per prefatum dominum dominum ducem, idem dominus dominus dux .... proprio motu decrevit requisitionibus ipsis benigniter satisfacere... Et ideo ipse dominus dominus dux variis et arduis occupatus negotiis ..... ordinaverit magnificum et potentem militem dominum Gasparum Vicecomitem ipsius domini domini ducis consanguineum et consiliarium fidissimum .... ipsius domini domini ducis procuratorem ad predicta requisita et alia per dictos fratres peragenda, quarum litterarum et cujus procurationis tenor talis est.

1422, 13 Febbrajo.

Filippo Maria Visconti riconosce la rinuncia al feudo di Covo a favore dei discendenti di Giacomo Covo fatta dai suoi agnati che conservano il solo titolo Comitale.

Filippus Maria Anglus, dux Mediolani etc. Cum alias recolende memorie Illustriss. frater noster dom. Joannes Maria olim dux Mediolani etc. Castrum, Rocham et terram de Covo diecesis Cremonensis ... creaverit .... et erexerit in Comitatum ... et immediate post creationem ipsam nunc quondam Egregius Jacobus filius quondam nobili viri Nicolai de Covo et ceteri parentelle de Covo, sic exigentibus eorum benemeritis per ipsum Germanum nostrum Comites dicti Comitatus creati fuerint ...... ut inde patet publico instrumento ... rogato per Antoninum Plantanidam etc. ... defunctoque dicto Comite Jacobo ab anno citra, Joannes ejus filius suo, et actorio et procuratorio nomine nobilis Caterine de Barbobus relicte quondam suprascripti Comitis Jacobi tutricis et tutorio nomine Petri et Nicolai fratrum dicti Joannis, ac filiorum dicti quondam Comitis Jacobi eorumque minorum nominibus pro debita fidelitatis observatione modo debito et legitimo ad nostram presentiam accessit ..... requirens ut in eum et dictos fratres suos velimus dictas investiturus feudales renovare .... . Nos autem attendentes puram et sinceram fidelitatem quam ad nos et statum nostrum gessit dictus q. Comes Jacobus dum egit in humanis quam-

que gerunt presentialiter dicti filii sui, et nominis, concernentes grandia onera et innumerabiles expensas supportatas per dictum q. Comitem Jacobum pro manutentione et defensione status nostri...... confisique de jamdiu comprobata fide...... mag. militis consanguinei et consiliarii nostri dilecti dom. Gaspari Vicecomitis, ex certa scientia et de nostre ducalis plenitudine potestatis motuque..... constituimus, ordinavimus etc..... eundem dom. Gasparum..... procuratorem..... ad renovandum et confirmandum suprascriptas feudales concessiones in predictos filios dicti quondam Comitis Jacobi.... et ad ipsum Joannem suo et nomine fratrum suorum de novo investiendum in solidum de dicta terra Covi cum omnibus suis juribus et pertinentiis, prout alias fuerunt investiti dictus Comes Jacobus et alii de Covo in instrumento dicti Comitatus nominati non obstantibus dicti alii de parentella de Covo alias investiti fuerunt una cum dicto Jacobo de dicta terra Covi, ut prefertur eo potissimum, quia ceteri nobiles de Covo in dicto instrumento nominati dicitur predicte investiture terre Covi renuntiasse omnibus dictis investituris factis ut supra solo nomine dignitatis Comitatus in se retento, quam renunciationem solo nomine dignitatis retento admittimus et tenore presentium ratam et firmam habemus... Item et ad confirmandum, et de novo faciendum exemptiones quascumque dictis fratribus et perentelle de Covo alias per literas nostras dicti Comiti Jacobo, et ejus parentelle concessas etc.... Promittens presentium vigore ratum, gratum et firmum habituros.... supplensque denique omnem defectum etc..... in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli appensioni muniri.

Datum Abiate, die tertiodecimo februarii, millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, quintadecima indictione. Conradinus.

1422, 14 Febbrajo.

Giovanni Covo a nome anche dei fratelli Pietro e Nicolò presta giuramento quale unico investito del feudo di Covo.

Pro tanto dictus Comes Joannes suo et actorio et procuratorio nomine dicte tutricis et dictorum fratrum suorum flexis genibus reverenter constitutus in presentia prefati magnifici et potentis militis domini Gaspari, procuratoris antedicti...... humiliter et solemniter.... requisivit et requirit suo et nomine dictorum fratrum suorum a prefato Mag. d. procur. renovatur confirmatur et novam investituram etc...... et confirmationem etc..... Quibus

auditis . . . prefatus Mag. d. Procurator . . . . . omnibus jure, modo, via etc. . . . . . creatoris nomine invocato . . . . . dicto Comiti Joanne suo, et nomine dictorum fratrum suorum . . . . . confirmavit et confirmat . . . . predictas feudales investituras . . . . de suprascriptis Comitatu Covi, ac de terris Rochis et Castris Covi, Antegnati et Rumani cum eorum villis etc. . . .

Item et ad majorem declarationem et roboris firmitatem idem magnificus Procurator . . . . . . de novo vigore presentis instrumenti per ensis evaginati traditionem, quem idem Mag. d. Proc. in suis manibus tenebat investivit et investit. . . . . dictum egregium virum Comitem Joannem filium quondam dicti Comitis Jacobi de Covo, ibi presentem, et flexis genibus reverenter stipulantem et recipientem pro se et dictis fratribus suis et procuratorio . . . nomine ipsorum . . . et eorum filiis et descendentibus natis et nascituris masculis legitimis et de legitimo matrimonio, et linea masculina tantum de predicto Comitatu Covi, ac de dicta terra Covi cum omnibus villis juribus et pertinentiis in solidum. Ita quod dicta terra in solidum remaneat dictis fratribus non obstante, quod in suprascripto feudali instrumento alii nobiles de Covo sint specificati presertim, quia renuntiasse dicuntur dicte investiture, et contentis in ea solo dignitatis Comitatus nomine retento, quam renuntiationem idem magnif. dominus Procurator dicto nomine admisit et admittit; item de dictis terris Castris et Rochis Antegnate et Rumani cum eorum villis et pertinentiis mero et mixto imperio etc. . . . Quibus innovationibus et confirmationibus . . . prefatus Comes Joannes suo etc. . . . procuratorio nomine dictorum fratrum suorum flexis genibus reverenter constitutus in presentia prefati domini Procuratoris . . . . solemniter promisit et promittit, et prius sibi delato Sacramento per prefatum Mag. Proc. et me secretarium et notarium infrascriptum, juravit et jurat ad sancta dei Evangelia manibus corporaliter tactis sacrosantis scripturis super quodam missali, quod prefatus Mag. dom. Proc. in suis manibus tenebat etc. . . . . . Mandans idem Mag. dom. Proc. virtute presentium omnibus officialibus ipsius domini domini ducis presentibus et futuris ad quos spectat, vel spectabit quatenus predicta omnia . . . observent et faciant inviolabiliter observari.

Presentibus spectabilibus viris domino Antonio de Bossiis filio quondam domini Balioli, consiliario domino Martiano de Sancto Alosio filio quondam domini Joannis. Et Conradino de Vicomercato filio quondam domini Thomasii, et Gianino Tertio filio domini Stephani secretarii pref. Ill. domini domini ducis. Et egregio viro Comato de Sichis filio quondam d. Marie. Et Vitaliano de Borsano

filio quondam domini Joannis, inde testibus notis, vocatis, et specialiter ad predicta rogatis etc.

Ego Joannes Franciscus Calma filius quondam domini Petri publicus Papiensis imperiali auct. notarius, secretariusque et notar. pref. Illustr. dom. mei dom. ducis Mediolani hanc cartam ut mihi fuit jussum rogatus tradidit etc.

Ego Ambrosius Tignosiis filius quondam domini Leonardi civitatis Mediolani Porte Ticinensis Parochie Sancti Georgii in Palatio publ. Imp. auct. not. hanc cartam jussu supr. not. scripsi etc.

Archivio dei Conti Covo di Gallignano.

69.

1423, 3 Ottobre.

Dorotea Fonduli vende ad Amigheto de Lera un orto in Borgo sera.

Anno dom. incar. millesimo quadringentesimo vigesimo tertio. — Die tertia octobris.

In domo habitationis heredum q. Antonii de Claraschis sita in porta mane, presentibus Jacobo de Claraschis, Petro del Foya et Ghidino Garavello omnibus de Soncino, testibus, etc.

Ibique d. Dorothea f. q. d. Asenini de Fondulis et uxor Ubertini f. q. d. Antonii de Claraschis, habitat. Soncini parabula et consensu Jacobi f. q. Jani de Cavaciis procurat, et procuratorio nomine inf. Ubertini, ut dicitur constare per cartam rog. et script. per Joh. q. d. Tom. de Covo Notar..... et etiam parabula et consensu Bartolomei f. q. d. Stephani de Fondulis ejus affinis ibi presentis, et cum parabula et consensu d. d. Joh. de Grumello, presb. Ecc. S. Jacob. ibi present.... facit datum..... titulo libere venditionis.... Amigheto f. q. alterius Amigheti de Lera, habit. Soncini.... Nominative de una petia terre ortive jacentis super territ. Soncini in ortalibus porte sero tabularum sex.... cui coheret a mane fossatum Burgi, a sero via, a meridie et a monte dictus emptor.... et pro pretio.... librarum sex imperialium ....

✝ Ego Joh. de Barsizia de Soncino imp. auct. notar. etc.

Archivio di S. Fedele. — Pergamene di S. Giacomo.

70.

1425, 2 Settembre.

Il Consiglio Generale elegge a suo procuratore Joh. de Melii perchè ottenga da Roma il permesso che i Padri Domenicani edifichino un convento in Soncino.

In nomine d.ni nostri Jesu Cristi amen. — Anno ab incarn., ejusd. M.CCCC.XXV. — Indict. tercia — die dominico, secundo mensis septembris. — In terra Soncini, dioc. Cremon. Sup. Palatio novo dicte terre. — Pres. Simonino Morata — Michæle de Cheffis, et Joh. de Claris omn. hab. d. terre, testibus notis ad hec habitis vocatis et rogatis.

In publico et generali Consilio Comm. Univ. et homin. d. terre Soncini super dicto Palatio, sono campanarum, voce tubaque preconis de mandato infr. d.ni Potestatis more solito congregato pro infr. specialiter peragendis. In quo quidem Consilio aderant spect. vir. d. Luchinus de Feruffinis de Sexadio honor. potest d. terre, nec non sapiens legum doctor dnus Zanòttus de Zabollis de Parma ejus judex vicarius ac plusquam due partes et ultra Consiliariorum et Credendar. dicti Consilii.

Ibique infr. omnes consiliarii et credendarj Cons. Gen. Com. antedicti et quilibet eorum suis propriis nominibus ac nominibus et vice totius Com. universitat. et hom. d. terre Soncini et qui faciunt et reputant totum et integrum Com. et univ. pred. et habentes bayliam et omnimodam facultatem infr. omnia et singula faciendi.

Quorum quidem Consiliariorum nomina sunt hec videlicet.

D. Joh. de Barbobus, Guido de Barbobus, Aymericus de Cavallis, Thomas de Tonso, Joh. de Cavuciis, Bartol. de Maxano, Bartol. de Covo, Joh. de Maxano, Hector de Cropello, M. Johaninus de Biffis, Antonius q. d.ni Zuflini de Cropello, Nicolaus de Tonso, Cristoforus de Cavallis, Angelerius de Barbobus, Bartolomeus de Civedate, Toninus de Cropello, Carolus de Barbobus, Rangoninus de Rangonibus, Cristophorus d. Stephani de Barbobus, Bencinus de Cropello, Cristophorus de Coduris, Bertol. Guizini de Cropello, Boninus Tavolacius, Jacobus de Claraschis, Jacobus de Grumello, Masnerius de Covo, Antonius de Morengo, Antoniolus Gondramus, Honofrius de Rescaziis, Mamfredinus de Guidonibus, Andelmarius de Covo, Antonius q. d. Petri de Covo, Antonius de Pavaris, Pellinus de Bottis, Joh. de Schancio, Jacobus Cavacia, Joh. de Cagio, Antoniolus de

Covo, Bertolomeus de Vulpis, Zaninus Caravazia, Bertol. Caravazia, Thomas Pavarus, Antonius de la Corna, Joh. Ceranus, Joh. Camaronus, Baldesar de Nido, Ambroxius Valsassini, Georgius de Medicis, Bertol. Nigreboni, Joh. de Covo, Finus de Passis, Toninus Mazie, Pedrinus Brocheti, Petrus del Folia, Joh. Taxonus, Jacob de Nido, Jacob. de Veris, Marchandus de Cornagiariis, Antonius Cavallus, Manfredinus de Flexio, Cerexia Arigonus, Jacob. Chizola, Thomas de la Costa, Aloisius Meliolus, Jacobus de Mascurais, Ambroxitus Arigonus ...... Constituerunt et ordinaverunt .... certum vir et indubitatum sindicum et procuratorem .... egregium et famosum legum doctorem d. Joh. de Miliis advocatum in Curia Romana absentem tam quam presentem .... ad supplicationes porrigendas Sanct. in C. Patri dno S. Pontifici, quatenus dignetur eisdem Communiet hominibus concedere quod unus Conventus fratrum ordinis Predicatorum B. Dominici, fiat, constituat, et ordinetur in domibus Ecclesie S. Jacobi d. terre Soncini, seu in alio quovis loco dicte terre magis apto et magis placido .... et hoc in illis forma et modo quibus et prout prefato d. Joh. sindico melius videbitur expedire. Et generaliter ad omnia et singula .... dantes et concedentes .... etc.

✝ Ego Ubertinus de Claraschis de Soncino pub. Imper. auct. not. ac not. et scriba provisionun Com. Sonc. pred. omn. Interf. et rogat. hanc. cartam imbrev. trad. et scripsi etc.

Archivio di S. Fedele. Pergamene di S. Giacomo.

71.

1428, 4 Aprile.

Informazione dei parrocchiani della Chiesa di San Giacomo di Soncino circa al consenso da essi prestato ai frati dell'ordine di San Domenico, di stare ed abitare nella predetta Chiesa di San Giacomo e rispettive case fino a nuove disposizioni della Santa Sede.

In nomine domini nostri Jesu Christi, Amen. Anno ab incarnatione eiusdem, Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, indictione sexta die lune quarto mensis Aprllis. Hec est quedam informatio sumpta et habita per Egregium et sapientem Jurisperitum dominum Stephanum de Bonsignoribus de Laude vicarium et judicem spectabilis viri domini Beltrami de Madregnano de Mediolano terre Soncini honorabilis Potestatis. Ad instantiam et petitionem venerabi-

lis et religiosi fratris Thomaxini ex Comitibus de Covo Prioris Conventus fratrum predicatorum beati Dominici de Soncino et ad eternam rei memoriam et pro faciendo veram fidem ubicunque fuerit oportunum a personis et parochianis infrascriptis infrascripte Ecclesie Sancti Jacobi de Soncino prout infra videlicet. — Johannes quondam Antonioli de Camiciis de Soncino ex parochianis dicte Ecclesie, constitutus coram prefato domino Vicario et Judice et interrogatus per ipsum dominum vicarium si est contentus quod Conventus suprascriptus fratrum predicatorum sancti Dominici fiat sit et permaneat in Ecclesia predicta sancti Jacobi et ejus domibus, prout et sicut alias provisum et ordinatum fuit per Consilium generale Comunis Soncini et prout in bullis seu litteris papalibus eisdem fratribus concessis continetur, dixit et protestatus fuit se fore contentum quod dictus Conventus in dicta Ecclesia et eius domibus fiat sit et permaneat usque quo aliter conventum et ordinatum fuerit inter et per dictum Comune Soncini et ipsos fratres quod habeant unum alium aptiorem locum in Soncino. Et contentus est quod prefate littere papales executioni mandentur in omnibus et per omnia prout in ipsis plenius continetur. Johannes quondam Jacobi Tomaxini de Covo Parochianus dicte Ecclesie et habens sepulturam in ipsa Ecclesia Sancti Jacobi, Constitutus et interrogatus ut supra dixit et protestatus fuit se fore contentum in omnibus et per omnia prout supra dixit dictus Johannes de Camiciis, Christoforus quondam Bertolomej de Cavallis parochianus dicte Ecclesie, constitutus et interrogatus ut supra dixit in omnibus et per omnia pro ut supra dixit suprascriptus Johannes de Camiciis, Antoniolus ex Comitibus de Covo habens sepulturam in Ecclesie predicta Sancti Jacobi constitutus et interrogatus ut supra dixi et protestatus fuit in omnibus et per omnia prout supra dixerunt suprascripti... M. Johannis de Biffis unus ex parochianis dicte Ecclesie et qui habet sepulturam in Cimiterio dicte Ecclesie, constitutus et interrogatus ut supra dixit et protestatus fuit prout supra dixerunt suprascripti. Manfredinus de Flexio unus ex parochianis dicte Ecclesie, constitutus et interrogatus ut supra dixit et protestatus fuit in omnibus et per omnia pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Baldesar de Maineriis unus ex parochianis suprascripte Ecclesie et habens sepulturam in Cimiterio eiusdem Ecclesie constitutus et interrogatus ut supra dixit et protestatus fuit in omnibus et per omnia prout supra dixerunt suprascripti. Bernardus de Cropello parochianus dicte Ecclesie constitutus et interrogatus ut supra dixit et protestatus fuit in omnibus et per omnia prout supra dixe-

runt suprascripti. Luchinus de Pavaris unus ex parochianis suprascriptis et habens sepulturam in Cimiterio suprascripte Ecclesie dixit in omnibus prout supra dixerunt suprascripti. Johannes Agnelli parochianus dicte Ecclesie et habens sepolturam in Cimiterio dicte Ecclesie, constitutus et interrogatus ut supra dixit in omnibus prout supra dixerunt alii suprascripti. Franciscus Manzoli de Cropello parochianus dicte Ecclesie constitutus et interrogatus ut supra dixit in omnibus et per omnia prout supra dixerunt suprascripti alii. Christoforus Manzoli de Cropello de parochia suprascripta dixit prout supra dixerunt alii. Albertus et Johannes de Gavaciis parochiani ut supra dixerunt pro ut supra. Cristoforus de Flexio parochianus et habens sepulturam in suprascripta Ecclesia constitutus et interrogatus ut supra dixit in omnibus et per omnia prout supra dixerunt alii suprascripti. Antonius de Verris parochianus et habens sepulturam ut supra dixit in omnibus et per omnia pro ut supra. Zaninus del Pavono parochianus et habens sepulturam ut supra dixit et protestatus fuit pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Tonolus Frixatus, parochianus ut supra dixit pro ut supra dixerunt alii. Guidetus de la Cerva parochianus ut supra dixit et protestatus fuit pro ut supra. Bertolomeus Taxonus parochianus et habens sepulturam ut supra dixit pro ut supra. Bertolomeus quondam Ottoboni Vacherii constitutus ut supra dixit et protestatus fuit pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Johannes de Ranzanico de parochia et sepoltura ut supra dixit pro ut supra. Georgius Truchellus parochianus et habens sepulturam ut supra dixit pro ut supra. Marchinus Lanzia de parochia et sepultura ut supra dixit ut supra. Antonius dictus macer dela Corna constitutus et interrogatus ut supra dixit in omnibus et per omnia pro ut supra. Toninus macre de Bordigaziis parochianus dicte Ecclesie dixit in omnibus pro ut supra. Et ulterius dixit quod fuit unus ex consciliariis Conscilii generalis Comunis Soncini et presens quando provisum et ordinatum fuit in ipso Conscilio de residentia suprascripti Conventus construendi in suprascripta Ecclesia Sancti Jacobi et eius domibus. Jacobus de Verris parochianus et habens sepulturam ut supra dixit in omnibus et per omnia prout supra dixit dictus Toninus et quod fuit de conscilio generali suprascripto. Jacobus de Nido parochianus et de sepoltura ut supra et qui fuit et est de consilio generali suprascripto dixit in omnibus et per omnia pro ut supra dixerunt suprascripti. Johannes de Garbagnate filius quondam Ribini, parochianus ut supra dixit pro ut supra dixerunt suprascripti. Johannes Burlonus parochianus et de sepultura ut

supra dixit pro ut supra. Bernardus de Tancis seu de Locadello habitator in parochia suprascripta dixit ut supra. Johannes Stropenus parochianus et de sepultura ut supra dixit pro ut supra. Jacobus de Museta parochianus ut supra dixit pro ut supra. Johannes de Maxano parochianus et de sepultura ut supra dixit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii, et quod fuit et est de conscilio generali ubi ordinatum fuit pro ut supra. Simon de Rangonibus parochianus et habens sepulturam ut supra dixit pro ut supra. Antonius de Bentis de Jovisalta habitator in suprascripta parochia dixit pro ut supra dixerunt alii. Andriolus ab Armis parochianus ut supra dixit pro ut supra. Jacobus Sillonus parochianus ut supra dixit pro ut supra dixerunt alii. Bonetus Parole habitator in suprascripta parochia dixit pro ut supra. Johannes quondam domini Antonioli de Cavallis parochianus ut supra dixit in omnibus et per omnia pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Qualia de Doninenis habitator in suprascripta parochia, dixit pro ut supra dixerunt alii, et quod erat de conscilio generali quando provisum et ordinatum fuit pro ut supra. Cerexa Arigonus habitator in suprascripta parochia dixit pro ut supra dixerunt alii. Tonolus de Vailate, habitator in suprascripta parochia dixit se fore contentum pro ut supra. Johannes Frixatus de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra. Nicolaus de Pavaris habens sepulturam in suprascripta Ecclesia dixit pro ut supra. Marchexius Rizolus de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Conradinus de Pontirollo de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Petrus de Belletis de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Antonius Guarentius de sepultura et parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra. Tomaxius de Pavaris de sepultura ut supra et qui erat de conscilio generali ut supra dixit et protestatus fuit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Bertramus Ometi parochianus et de sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Zambonus de Comendono de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Bertholameus filius quondam Tomaxini ex Comitibus de Covo de suprascripta parochia et habens sepulturam in suprascripta Ecclesia dixit se fore contentum in omnibus et per omnia pro ut supra dixit Johannes de Camiciis. Petrus quondam Henrici de Civedate de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Jacobus quondam Job de Rossis de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Franciscus de Lera de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Bertholomeus filius Jacomoti de Cumis de parochia ut supra dixit pro ut supra. Maffeus de Gabrina habitator in suprascripta parochia

dixit pro ut supra. Toninus de Terciis de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Petrus Manzoli de Cropello de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Petrus del Folia de parochia et sepultura suprascripta dixit ut supra. Antonius Flamenus habitator in suprascripta parochia dixit ut supra. Bertramus filius Mazoni de Arigonibus de parochia suprascripta dixit ut supra. Petrus Schinchinellus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Martinus de Rossis de parochia et sepultura suprascripta dixit ut supra. Bertramus Fachineti de Maschurciis de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Antonius Taxonus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Antonius quondam domini Zufflini de Cropello de parochia suprascripta dixit ut supra. Bertolinus de Maineriis de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Jacobus ex comitibus de Camixano de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Petrus Taxonus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Amighetus Delera de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Die martis quinto suprascripti mensis aprilis. Antonellus Folie de parochia et sepultura suprascripte Ecclesie sancti Jacobi dixit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii. Laurentius Truchellus de parochia et sepultura ut supra, dixit se fore contentum pro ut supra. Betinus de Berzio de parochia et sepultura suprascripta dixit ut supra. Tomas de la Costa de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Raimondus de Casalmiorano de parochia et sepultura ut supra dixit ut supra. Betinus Panicini de Calepio de parochia et sepultura ut supra dixit ut supra. Bertolotus ex comitibus de Camixano de parochia et sepultura suprascripta dixit ut supra. Messer Christoforus de Chizollis de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Ottinus de Rumano de parochia suprascripta dixit ut supra. Bevenutus Pessentus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Bertolomeus de Zardino de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra. Messer Petrus Schinchinellus de parochia et sepultura suprascripta dixit se fore contentum ut supra dummodo non vadat contra Deum et de hoc non habeat peccatum. Johannes Pexentus de parochia et sepultura suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra. Jacobus Taxonus de parochia et sepultura ut supra dixit se fore contentum ut supra. Johannes Duxii de Becho de parochia suprascripta dixit ut supra. Antonius quondam Tomaxii Manzoli de Cropello de parochia suprascripta dixit ut supra. Johannes de Museta de parochia suprascripta dixit se fore contentum ut supra. Bertolomeus de Zanebellis de pa-

rochia suprascripta dixit se fore contentum ut supra. Toninus Concheta Delera de parochia suprascripta dixit se fore contentum ut supra. Johannes Prandi de Carminatis de sepultura suprascripta dixit se fore contentum ut supra. Christoforus fratris Fachini de parochia suprascripta dixit ut supra. Messer Bertolomeus Messer Alexii de Cropello de parochia suprascripta dixit se fore contentum ut supra. Die Jovis septimo suprascripti mensis aprilis. Antonius quondam Bonelli Pellizarii de parochia suprascripta dixit se fore contentum quod littere papales et id quod alias ordinatum fuit per conscilium generale Comunis Soncini pro Conventu fratrum Sancti Dominici executioni mandentur. Tomaxius de Tonso parochianus ut supra dixit pro ut supra dixit suprascriptus Antonius. Toninus Pexentus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Martinus Zugni Delera de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Morus Balluchi de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Toninus Marchandi de Cornagiariis de parochia suprascripta dixit se fore contentum de eo quod voluit maior pars parochianorum suprascripte Ecclesie. Hector de Cropello de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii, videlicet quod bulle suprascripte papales executioni mandentur, et id quod alias ordinatum fuit per Conscilium generale Comunis Soncini et per Reverendum Patrem tunc Episcopum Cremonensem etc. Bertholameus quondam Boneti de Muclonibus de parochia et sepultura suprascripte Ecclesie Sancti Jacobi dixit se fore contentum pro ut supra dixit suprascriptus Hector. Die VIIII suprascripti mensis aprilis. Petrus de Cavallis de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii suprascripti. Betinus de Zardino parochianus ut supra dixit se fore contentum quod bulle papales executioni mittantur. Messer Johaninus de Melzio dictus de Azanello de parochia suprascripta dixit pro ut supra dixit suprascriptus Betinus. Nicolinus de Cropello de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra dixit maior pars. Antoninus Pexentus de parochia ut supra dixit se fore contentum pro ut supra. Antonius Belflorii de la Corna de sepultura suprascripte Ecclesie dixit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii. Die XI suprascripti mensis aprilis. Aimericus de Cavallis de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra dixerunt alii videlicet id quod alias ordinatum fuit per Conscilium generale Comunis Sonzini et bulle papales executioni mandentur. Jacobus quondam Guielmi de Cropello de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Christoforus Carlini de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Lazarinus de Cropello de parochia suprascripta dixit pro ut

supra dixit Tomaxius eius frater. Antoniolus Maschadej de parochia ut supra dixit pro ut supra dixit maior pars. Antonius de Invernis de Jovisalta habitator in parochia suprascripta dixit pro ut supra dixit maior pars. Johaninus de Barbobus quondam Filipi de parochia et sepultura suprascripta dixit se fore contentum quod bulle papales et id quod ordinatum fuit per Conscilium generale Comunis Sonzini executioni mandentur. Et ulterius quod fiat id quod est utilius pro suprascripta Ecclesia Sancti Jacobi. Rajnaldus de Barbobus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra dixit suprascriptus Johaninus. Bellefinus de Pavaris de parochia et sepultura ut supra dixit pro ut supra. Bertolomeus Pexentus de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Ambroxius de Barbobus dixit se fore contentum de eo quod ordinabit Reverendus Pater dominus Episcopus Cremone. Antonius Amigheti Delera de parochia suprascripta et sepultura suprascripta dixit se fore contentum de eo quod ordinavit et scripsit sanctissimus Pater dominus Papa noster Martinus etc. Tomaxius Mantelli de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Jacobus de Gisalba de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Blaxius de Cavallis de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Messer Johannes de Verris quondam Rajmondi de sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Andriolus Massarie de parochia ut supra dixit se fore contentum quod littere papales executioni mandentur. Astolfinus de Squarciis de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Christophorus Carazolus de parochia suprascripta dixit se fore contentum de eo quod vult et dixit maior pars. Toninus Job de Rossis de parochia et sepultura suprascripta dixit pro ut supra. Messer Christoforus de Adamis de parochia suprascripta, dixit se fore contentum pro ut supra. Johannes dictus Cremaschus de parochia suprascripta dixit se fore contentum de eo quod vult maior pars. Jacobus Zanini de Pavaris de parochia suprascripta dixit pro ut supra. Codurus de Coduris de parochia suprascripta dixit se fore contentum pro ut supra. Paxinus de Verris de sepultura suprascripta dixit se fore contentum de eo quod ordinavit sanctissimus Pater Papa Martinus etc.

L. T. Ego Ubertinus de Claraschis de Soncino publicus Imperiali auctoritate notarius suprascripte informationi et omnibus et singulis suprascriptis interfui, et rogatus et de mandato suprascripti domini Vicarii, predicta scripsi et me subscripsi, signumque meum sollitum apposui in testimonium premissosum.

Archivio di S. Fedele. — Pergamena del Convento di S. Giacomo in Soncino.

72.

1428, 29 Giugno.

Dimissione e rinunzia del feudo di Romano e sue pertinenze, fatta dalli Conti Giovanni, Pietro e Nicolò fratelli Covi, figli del Conte Giacomo al Contestabile Paolo de' Rossi come procuratore del nob. Gerolamo Contareno Luogotenente e provvisore in Bergamo per la serenissima Repubblica di Venezia.

In Christi nomine, amen. Die Martis penultimo mensis Junii, millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, indictione sexta. In Rocha de Rumano, presentibus sapiente viro Jurisperito domino Petro fil. q. d. Zamboni de Clauso de Alzano, cive et habitatore Pergami, et Nobilibus viris dominis Rogerio et Rajnaldo et Annibale ex Comitibus de Camisano, districtus Creme, Magistro Alexandrino Mescalco, Magistro Fano de Gherardis, ac Stephano et Georgio fratribus fil. q. Petri de Rudiano, omnibus habitantibus de Rumano, testibus idoneis ibi notis, et ad hec specialiter vocatis et rogatis et asserentibus se cognoscere infrascriptos contrahentes et me notarium. Cum spectabiles Comites Johannes, Petrus et Nicolaus fratres de Covo fil. q. spectabilis et potentis Comitis Jacobi habeant in feudum ab Illustrissimo Principe et Excellentiss. dno. dno. Philippo Maria Anglo duce Mediolani ac Papie, Anglerieque Comite ac Janue domino, Terram et Rocham Rumani, diocesis Pergamensis, Terram, Castrum et Rocham Covi, et Castrum et Rocham de Antignate diocesis Cremone, cum territoriis pertinentibus et juribus universis dictarum terrarum; Cumque in Instromento pacis noviter celebrate per et inter prefatum dominum ducem, Illustrissimum dominium Venetorum, et Magnificam Communitatem Florencie, eorumque Colligatos adherentes et sequaces seu per legiptime agentes pro ipsis partibus et qualibet earum, inter alia contineat ..... Civitatem Pergami cum ejus territorio Romano debere prefato Illustrissimo dominio Venetorum et prout in dicto pacis instrumento ...... Modo ibi Nobiles et Egregii viri Comites Antonius fil. q. dni. Petri, et Bazonus fil. q. d. Masnerii de Covo de Soncino et quilibet eorum procuratorio .... procuratoriis nominibus prefatorum Comitum Johannis, Petri et Nicolai fratrum de Covo, natorum prefati q. d. Comitis Jacobi ad hec specialiter constituti ut constat publicis instrumentis inde confectis,

uno videlicet prefatorum Comitum Johannis et Nicolai per me Antonium de Quizardis de Rumano notarium die et anno suprascriptis, paulo ante hec, et altero prefati Comitis Petri per Antonium de Sormano, notarium Mediolanensem, die lune quartodecimo mensis instantis Junii et anno et Indictione suprascriptis; Informati ad plenum de intentione prefatorum constituentium prout ibidem dixerunt et protestati fuerunt, volentes quantum ad prefatos fratres feudatarios prelibati domini ducis Mediolani attinet exequi et exequentes dictam pacem et ut premissa et conventa per prefatum dominum ducem respectu dicte terre et Roche Rumani et in quantum concernat terram et Rocham Rumani implicant et condi gnum sortiant effectum, tenore presentium et ex certa scientia, animoque deliberato et non per errorem aut improvvide dimisserunt et relaxaverunt et dimittunt et relaxant strenuo viro Paulo de Veneciis fil. q. domini Petri de Rossis procuratori et procuratorio nomine Magnifici et potentis domini Jeronimi Contareno provisoris et locumtenentis in Civitate Pergami et ejus territorio prefati Illustrissimi dominii Venetorum ad hec legiptime constituto per publicum documentum inde confectum per Lanfrancum Antonium de Lalio notarium publicum Pergami die et anno suprascriptis, cui quidem documenti tenor sequitur prout infra videlicet. In Christi nomine, amen. Die vigesimonono mensis Junii millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, indictione sexta, in civitate Pergami, In vicinia Sancti Maffei, in domo domini Jacobi et fratrum de Advocatis, in qua habitat Infrascriptus Magnificus dominus Jeronimus Contareno, presentibus testibus sapiente et Egregio Legumdoctore domino David, nato q. d. Joh. de Brambate, et prudentibus viris dominis Joh. fi . q. domini Andrioli de Gromullo, Petro fil. q. domini Zamboni da Clauso de Alzano, ambobus procuratoribus Civitatis Pergami, et Johanne fil. q. domini Nicolini de Lacrota, omnibus civibus Pergami et asserentibus se cognoscere Infrascriptum dominum constituentem, et Constitutum et quelibet...... et me notarium; ibi Magnificus et generosus dominus Jeronimus Contareno provisor et locumtenens in Pergamo.... pro serenissima et Inclita dominatione Venetorum, et nomine et vice prelibate dominationis, omni modo, via, jure et forma quibus melius potuit et potest, facit constituit et nominavit Paulum de Veneciis Conestabilem ipsius dominationis ad recipiendum et acceptandum in ejus potestate terram et Rocham de Rumano et feudum et dominium ot possessionem ipsius feudi cum omnibus suis juribus et pertinentiis nomine prelibate dominationis a Comitibus Johane,

Petro et Nicolao fratribus de Covo natis quondam Comitis Jacobi de Covo et a quolibet eorum procuratore et a qualibet persona dante et consignante dicto Paulo dicto nomine dictam terram et Castrum de Romano cum suis juribus et pertinentiis ac etiam dicto nomine mandat suprascripto Paulo dicto nomine predicta sic faciendi, et ad faciendam plenam confessionem et quietationem suprascriptis Comitibus fratribus de Covo et cuilibet eorum procuratori et cuilibet alteri persone eorum nomine recipienti de ipsa consignatione facta de ipsis terra et Castro et pertinentiis et juribus ipsi Paulo dicto nomine recipienti et predicta omnia faciendi et exequendi cum omnibus et singulis clausulis et quibuscumque opportunis et necessariis, dans et concedens dicto nomine dicto Paulo plenum liberum generale et spetiale mandatum cum plena libera et generali administratione, cum omnibus et singulis predictis et connexis et dependentibus ab eisdem ac premittens et canens dicto nomine in manibus mei notarii postulantis et recipientis nomine et vice suprascriptorum Comitum de Covo se et dictam donationem ratham habituram et...... omnia et singula que in premissis et circa premissa acta et gesta fuerint per supradictum Paulum dicto nomine, omni exceptione remota, et renuntiavit dicto nomine exceptioni non sit dati et facti suprascripti mandati et non sit dictorum et factorum omnium predictorum et cumque eorum et omnis alterius sui juris auxilio. Ego Lanfrancus Antonii de Lallio notarius Publicus.... in predictis interfui, et rogatus scripsi. Et predictum Paulum prefato domino Jeronimo quo de his solemniter representanti dictum dominium et per ipsum dominum Jeronimum dicto...... Et item dicto Paulo dicto nomine pro prefato dominio recipienti et acceptanti in executionem...... secundum formam contractus dicte pacis, predictam terram et Rocham Rumani cum ejus territorio et pertinentiis et juribus dicte terre et Roche ratione sepedicte terre et Roche Rumani, ac etiam dicti procuratores dictis nominibus tradiderunt in manibus suprascriptis dicti Pauli dicto nomine recipientis Claves Portarum dicte terre et Roche de Rumano, ac tradiderunt et induxerunt dictum Paulum dicto nomine in corpore, tenuta et possessione dicte terre et Roche de Rumano cum suis juribus et pertinentiis, salvis tamen et reservatis prefatorum Comitum possessionibus, bonis et prediis quibuscumque sithis in dicta terra Rumani et ejus territorio necum quibuscumque immunitatibus et exemptionibus.... quavis... conceptione sibi concessis per prefatum dominum ducem Mediolani, renuntiantes dicti Comites Antonius et Bazonus de Covo et...... eorum dictis

nominibus exceptioni non facte hujus dimissionis et rellaxationis et predictorum et infrascriptorum omnium et singulorum non ita.... et omni probationi et defensioni in contrarium et qui prefatus dominus Paulus de Veneciis Conestabilis ut supra specialiter constitutus per prefatum Magnificum dominum Jeronimum ut supra acceptavit et acceptat dictam consignationem eidem Paulo factam dicto nomine recipienti de dictis terra et Rocha cum juribus et pertinentiis de Rumano et Clavibus dictarum portarum terre et Roche de Rumano et de dicta...... corpore, tenuta et possessione predicte terre et Roche ac confessus fuit dicto nomine in presentia et ad postulationem mei notarii stipulantis et recipientis nomine et vice dictorum Comitum Joh. Petri et Nicolai fratrum de Covo se nomine prelibate dominationis Venetorum habuisse et habere in ejus potestate ipsam terram et Rocham cum pertinenciis et juribus suis ac etiam dictas claves et dicta corpore, tenuta et possessionem dicte terre et Roche de Rumano sibi dicto nomine consignatus et consignata per predictos Antonium et Bazonum dicto procuratorio nomine dictorum Comitum Johannis et fratrum, et hoc cum reservationibus predictis factis per suprascriptos procuratores nomine dictorum Comitum Johannis et fratrum prout de jure pertinent et hactant ipsis comitibus Johanni et fratribus, et salvis semper et reservatis capitulis pacis inite inter prelibatam Illustrissimam dominationem Venetorum, pro parte una, et Illustrissimum dominum ducem Mediolani pro parte altera. Et sic predicti contrahentes et quilibet eorum dixerunt, fecerunt ac..... et confessi fuerunt ut supra, renuntiando exceptioni non sit dictorum et factorum omnium preditorum et cuicumque eorum et omnis altius eorum et cuilibet eorum juris auxilio. Et rogaverunt me notarium ut de predictis unum et plura publicum et publica conficerem instrumentum et instrumenta.

✝ Ego Antonius fil. q. Guizardi de Guizardis de Rumano publicus Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et ad majorem predictorum confirmationem me subscripsi.

Archivio dei Conti Covi di Gallignano.

73.

1432, 24 Agosto.

Filippo Maria Visconti, duca di Milano, scrive all'Imperator Sigismondo, informandolo della perdita di Soncino, e chiedendogli soccorso contro le armi della Repubblica di Venezia.

Sigismondo Regi Romanorum.

Serenissime et invictissime Regum ac domine mi gloriosissimme.

Post recommendationem humillimam precedentibus litteris Maiestati Vestre scripsi que ad illos usque dies mihi male contigerant et communes hostes adversus me ac statum meum fecerant. Qualiter etiam obtenta Fontanella ubi castra tenebant decreverant exercitum ducere contra Soncinum ac ad illius expugnationem intendere. Quem locum etsi per aliquot dies defendi posse confiderem, propter eius fortitudinem et probitatem virorum quos ibi posueram, verebar tamen ne tandem hostes ipsi illum haberent sicut alia. Nunc igitur Serenissime Cesar restat ut quid postea sequutum est, et nova status mei pericula, Maiestati vestre conscribam, quo nihil occurrentium eam lateat et ipsa pro virili sua periculis huiusmodi possit occurrere. Quod nisi cito fiat, video in ruinam ire omnia et sine remedio maxime in partibus ultra Abduam. Statim habita Fontanella hostes ipsi castramentati sunt Soncinum ut premeditatus eram et infra pauculos dies ipsum obtinuerunt, Herique nomine suo munitum est (*). Cuius mali potior causa fuerunt ipsius loci homines qui sua sponte cum hostibus pe...erunt, salvis tamen rebus et personis meorum, quos ibi secum habebant. Adhuc tamen pro me tenetur ipsius loci arx sed quia fortis satis non est et ego succurrere illi nequeo non poterit ultra duos vel tres dies perdurare. Qua habita hostes ipsi loco illo integre potientur Abinde expediti poterunt ire quocumque voluerint nec possum solus ego resistere. Demum ut breviter me expediem plenissime video, cetera queque loca mea de ultra Abduam iri perditum nisi adveniat michi citissime requisitum Maiestati Vestre subsidium Supplico igitur iterum atque iterum Serenitati vestre, quo maiori possum efficacia et instantia ut omnino providere dignetur, quod adversus Venetos a latere Fori Julii veniat, quo maior Hungarorum quantitas mitti possit. Eorum enim adventus erit precipua rerum salus et sicut ego nunc opprimor, ita hostes ipsis venientibus opprimentur. Sed agendum est cito et eo citius quo deterius dietim res procedunt. Ego vero interim studebo resistere quantum potero et omnes facere possibiles provisiones ut his status Imperialis et meus minores lesiones accipiat. Sed ut supra tetigi, nisi accedat M. V. presidium, solus ego non potero et peiora contingent. Succurrite ergo, supplico, Invictissime domine, et accelerate filio ac Servitori Vestro subsi-

(*) Se non fosse constatato da tutti gli storici il carattere subdolo di Filippo, non si saprebbe supporre la sfrontata ipocrisia di lui che dice Soncino espugnato in pochi giorni e perduto per colpa degli abitanti che trattarono essi primi la resa. — Debbo per le più vere informazioni mandare il lettore alle cronache contemporanee da me citate a pag. 186-189 del primo volume.

dium, sicut in Maiestatem Vestram confido, quam augere feliciter et longeve conservare dignetur Clementissimus Dominus noster.

Mediolani, XXIIII Augusti 1432.

Duplicatus die XXVII Augusti.

Archivio di S. Fedele. — Corrispondenza ducale.

74.

1432, 6 Settembre.

Conferma delli Statuti ed ordinamenti della terra di Soncino, concessa dal doge Francesco Foscari.

Exemplum privilegii et concessionum Ill. d. d. Venetiarum concessorum Comunitati Soncini, in quo confirmentur Statuta et ordines dicte terre.

Franciscus Foscari, dei gratia dux Venetiarum etc.

Cum fidelis Comunitas nostra Soncini nobis per oratores suos, nuperrime porrigi fecerit infrascripta capitula, supplicans ut ea de nostra solita benignitate admittere dignaremur. Nos intendentes vos ut fidelissimos nostros perpetuis temporibus pertractare, ipsis capitulis diligenter examinatis ad unum quodque eorum duximus respondendum pro ut inferius anotabitur, et primo ad primum sic inquiens etc.

Omissis.

Ad XIII hujus continentie.

Quod omnia statuta et ordines dicte terre Soncini disponentia de damnis datis calmedris victualibus, campariis, molinariis, aquis, viis, puteis et andronis et aliis concernentibus rem publicam confirmentur per eandem dominationem. Statuta vero civilia similia confirmentur. Salva semper limitatione fienda ad libitum prefate dominationis.

Respondetur: Quod fiat ut petitur, reservato in omnibus nobis arbitrio ......

Mandamus igitur universis et singulis potestatibus, capitaneis, rectoribus, provisoribus, et aliis quibuscumque offitialibus nostris ad quos spectat aut aliqualiter spectare poterit in futurum quatenus predictas nostras responsiones opportuna solemnitate nostrorum consiliariorum factas observent et fatiant cuilibet observari. — In quorum fidem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra argentea pendente muniri. — Datum in nostro ducali palatio die sexto mensis septembris, indictione XI, MCCCCXXXII.

Archivio di S. Fedele.

75.

1439, 12 Gennajo.

Patti per la capitolazione di Soncino, conchiusa tra i suoi rappresentanti e Nicolò Piccinino condottiere ducale il 4 agosto 1438, e ratificata poi da Filippo Maria il 12 gennajo 1439.

Philippus Maria Anglus dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Janue dominus. — Informati de Infrascriptis concessionibus quas fecit Magnif. et Magnanimus vir Nicolaus Picininus Vicecomes, Marchio, comesque etc. locumtenens et capitaneus generalis noster dilectissimus, fidelibus dilectis nostris Communitati et hominibus terre nostre Soncini his diebus quando se ad nostram devotionem et subjectionem reduxerunt hujusmodi que concessiones acceptas et gratas habentes. — Harum serie et certa scentia et de nostre plenitudine potestatis eas omnes ac omnia et singula in ipsis contenta et expressa laudamus approbamus et valide confirmamus de verbo ad verbum prout jacent et in quantum expediat de novo concedimus acceptantes grato animo tamen liberalem oblationem parte dicte Communitatis dictorumque hominum nobis factam propter immensa gravamina expensarum nostre Camere incombentia de solvendo annuatim durante exemptione predicta ipsi nostre Camere medietatem totius ejus quod pro intratis ordinariis ac etiam Imbotaturis dicte terre ac territorii ejusdem consequi et habere possemus si aliqua exemptio concessa non fuisset et intendentes quod ipsi nostre camere de hujusmodi medietate annuatim respondere teneatur per illos terminos de quibus cum magistris intratarum nostrarum convenerint et quemadmodum facerent de omnibus Intratis si exemptionem aliquam non haberent. Mandantes Magistris Intratarum nostrarum etc.

Predicte autem concessiones sequuntur in hac forma:

In Dei nomine. Amen.

Infrascripta sunt capitula per Commune et homines terre Soncini facta et firmata cum Illustri et Excelso domino Nicolao Picinino vicecomite etc. locumtenente et capitaneo generali Ill. et Excellent. domini nostri dni ducis Mediolani etc. nomine Ill. domini prefati prout sequitur inferius videlicet.

In primis, se principaliter subiiciunt sub jugo et dominio prefati Ill. d. ducis et sibi suisque officialibus parere intendunt et volunt

promittuntque inimicos prefati d. ducis pro inimicis, et amicos pro amicis habere et tractare et alia omnia facere que tenentur tamquam veri subditi prefati domini et *primo* petunt homines predicti a locumtenente quod dicta terra Soncini habeat et habere debeat merum et mixtum imperium cum gladii potestate, prout solita est semper habere; et quod ipsa terra semper subdita sit dominio prefati d. ducis Mediolani etc. et nulli alii dominio principi vel singulari persone tradi debeat vel possit, nisi cum expressa licentia et voluntate ipsius d. ducis, et hominum dicte terre:

Respontio prefati Ill. ducalis locumtenentis ad primum Capitulum. — Fiat voluntas prefati Ill. d. ducis et arbitratus sue Ill. dominationis disponatur.

Item quod terra ipsa et homines ejusdem in ea habitantes perseverentur et sint liberi, immunes et exempti per decem annos continuos proxime futuros a quibuscumque oneribus, prestitis, taleis, taxis et impositionibus realibus personalibus atque mixtis et nulli alteri singulari persone fiat nec perseveretur exemptio aliqua vel immunitas in prejudicium Communitatis predicte.

R. — Fiat eis immunitas et perseveretur exemptio pro annis quinque proxime futuris.

Item quod omnes et singuli de Soncino seu habitantes in dicta terra sint et esse debeant liberi tuti et securi cum eorum personis bonis et rebus et quod eisdem vel alicui eorum imputari ascribi vel impingi non possit quicumque quod comisissent hinc retro quavis de causa sua etiam essent banniti sive non.

R. — Fiat eis prout in ipso capitulo continetur.

Item quod quilibet de Soncino et habitantes in eo possit seu possint et valeat seu valeant gaudere et possidere omnibus singulis suis bonis et possessionibus ubicumque sita sint super territorio prelibati domini ducis Mediolani tute libere et expedite prout et quemadmodum tenebant et possidebant antequam terra Soncini esset sub dominio Venetorum.

R. — Fiat prout in ipso Capitulo continetur.

Item quod quilibet de Soncino et habitans in eo tam terrigene quam forensis casu quo vellet ire habitatum quo voluerit extra territorium prelibati d. ducis ire possit et valeat cum suis personis et familiis ac vendere sua bona tute libere et impune infra terminum octo mensium proximi futurorum.

R. — Remittimus responsionem in prefatum Ill. d. . . .

Item quod omnia statuta decreta et ordinamenta dicte terre Soncini que solita est habere per tempora retro acta priusquam

dicta terra Soncini esset sub dominio Venetorum serventur ipsis hominibus, et per ipsos homines de Soncino prout servabantur tempore dominationis prelibati d. ducis Mediolani.

R. — Fiat dictis hominibus prout in dicto capitulo continetur.

Item quod dicta Communitas Soncini vel.... aliquam concedatur ad hoc ut ipsi homines sint magis animosi ad habendum et operandum de habendo Rocham predictam et dando ipsam in manibus prefati d. Capitanei.

R. — Volumus quod de dictis baldis fiat voluntas domini et nostra

Item quod intrate datiorum dicte terre sint prelibati d. ducis, sed quod teneatur et debeat facere omnem expensam occumbentem ipsi terre maxime pro salario d. Potestatis, Castellani, et aliorum salariatorum dicte terre.

R. — Fiat de dicta intrata dictis hominibus prout per antea tempora dominii prelibati d. ducis et antequam Veneti dominati sunt dictam terram Soncini fiebat.

Item quod quilibet de Soncino qui de presenti reperiretur esse extra terram ipsam possit et valeat repatriare et venire habitatum in Soncino tute libere et impune cum suis rebus et bonis infra terminum octo mensium proxime futurorum.

R. — Volumus quod libere dicti qui extra Soncinum reperiuntur, rebellibus prefati d. dumtaxat exceptis, infra terminum unius mensis proxime futuri repatriare possint ut in dicto capitulo continetur.

Item cum flumen Olii et pedagium dicti fluminis antiquitus spectaverit et pertinuerit, ac spectat et pertineat de Jure Communitati et hominibus Sonzini, vigore et pretextu jurium suorum et non Brixiensium........ causis et rationibus infrascriptis videlicet: Quod de anno curso 1224, posite fuerunt confines inter territorium Soncini et territorium de Urceis et de Aguzano per homines dictorum locorum in communi concordia; in quibus confinibus concluditur et attribuitur Communitati Soncini totum flumen Olii et magna parte territorii ultra dictum flumen Olii versus Urceas, prout per copiam ipsorum confinium apparet.

Item quia post inde, de anno curso 1353 vel circa, Brixienses moverunt litem ipsis hominibus de Soncino, petentes flumen Olii, asserentes esse de sua jurisdictione, superqua lite fuit per d. Nicolaum de Mordecastello, tunc Vicarium Rever. domini patris d. Johannis Vicecomitis Archiepiscopi et d. Mediolani, Brixie et Urcearum, et locorum Lombardie, lata sententia in qua dictis hominibus Soncini adjudicavit dictum territorium secundum confines suprascriptos, includendo in eis confinibus dictum flumen Olii quantum capit territorium Soncini, contra quam sententiam fuit pro parte ipsorum Brixiensium, seu eorum Sindicorum apellatum; que apellatio commissa fuit de voluntate ipsorum Brixiensium domino Nicolao de Aretio, similiter tunc vicario, prelibati domini Mediolani. — In qua quidem apellatione, dictus dominus Nicolaus Commissarius dicte apellationis per ejus sententiam deffinitivam dictis Soncinen-

sibus similiter adjudicavit territorium predictum quo ad omnimodam jurisdictionem in quo includitur flumen Olii predicti ut patet publicis instrumentis.

Item quia per eorum Statuta antiquissima, adest Statutum quod si continget Rectoribus Soncini fieri facere aliquam justitiam de vita vel de membro alicujus malefactoris, quod ipsam fieri faciant ultra flumen Olii, et prope confinia territorii Communis Soncini et Urcearum et ita consuetum est fieri. — Item quia in dictis eorum Statutis antiquissimis ad est statutum, quod cum appareat dictum flumen Olii discurrere per curiam et territorium Sonzini, quod etiam voluit dominus Rex, quod nullus debeat habere aliquem navem in flumine Olii, causa accipiendi pedagium nisi parabula Rectoris Soncini, a guado Salegii usque ad Jovisaltam sub certa pena limitata, et ulterius navis comburetur. — Item quia in dictis statutis antiquissimis, adest Statutum, quod pedagium portus, seu navis fluminis Olii affictetur ad annum vel ad mensem prout placuerit Consilio generali Communis Soncini, qui affictus solvi debeat Communitati Soncini et in quo statuto limitatum est quid et quantum solvi debeat per conductorem dicti pedagii, tam respectu rerum quam personarum per illuc transeuntium, et sic consuetum fuit fieri.

R. Fiet prout fiebat tempore quond. Ill. d. ducis Philippi.

Item quod tam temporibus dominii Ill. d. Vicecomitum quam aliorum dominorum qui dominati fuerint Brixie, Urceis, Soncini, dictum flumen Olii cum jurisdictione predicta, et quantum comprehendit territorium Soncini, tentum et possessum fuit per dictam Communitatem Soncini, tenendo supra eo portus et naves et pedagia super eo ponendo et exigendo et in eo piscari faciendo, et dacium piscarie ipsius fluminis Olii, vendendo et exigendo per tantum tempus, quod in contrarium memoria hominum non existit. Et dicti Brixienses ullo tempore non habuerunt jurisdictionem aliquam in dicto flumine Olii prout extendit territorium Soncini, nec infra suprascriptos confines, nisi solum ab eo tempore citra quo D. V. commisit ..... Ill. d. Venetorum differentiam dicti fluminis Olii, quod asserebat spectare Brixiensibus. — In qua prefata dominatio Domin. Venetorum adjudicavit, ipsis Brixiensibus dictum flumen Olii, et citra flumen Olii per trabucos centum in prejuditium dictorum de Soncino et contra jura predicta. — Et hoc in executione asserte sententie R. D. Cardinalis de la Cruce, que nullum, tempore recolende memorie quond. Ill. d. ducis Mediolani, unquam habuerit effectum nec executionem et fieri non potuit in prejuditium jurium tercii, cum Comunitas ipsa non dederit aliquam Commissionem prefato R. D. Cardinali in predictis.

R. Contentamur et volumus fieri, quemadmodum fiebat tempore Ill. quondam d. ducis Philippi.

Presentium itaque ...... predicta omnia et suprascripta Capitula cum ipsorum responsionibus, et contenta in eis de verbo ad verbum ut jacent non modo confirmamus et approbamus, verum in quantum expediat de novo concedimus. — Mandantes Regulatori et Magistratui Intratarum nostrarum, ceterisque officialibus nostris, ad quos spectat presentibus et futuris, quatenus hanc nostram mentem, et dispositionem observent, et faciant firmiter observari.

— In quorum fidem presentes fieri jussimus registrari et nostri consueti sigilli munimine roborari. — Datum ex castris nostris felicibus apud Urceas novas die IV decembris 1453.

Archivio di S. Fedele. — Comunità di Soncino.

83.

1454, 9 Maggio.

Lettere patenti del duca di Milano, che autorizzano Simone Ebreo del fu Moisè da Spira, a stabilirsi in Soncino, con un suo compagno, ed ivi liberamente esercitare l'arte feneratoria ed il prestito sopra pegni.

Franciscus Sforcia Vicecomes, dux Mediolani etc.

Desiderat admodum sicuti nobis suplicavit Symon Ebreus quondam Moysi de Spera, habitare solitus in terra Urcearum novarum brixiensis districtus, cum omni ejus famiglia in dominio nostro commorari et vitam degere nobis precipue et statui nostro jamdudum innata quadam devocione affectus, sibique in presentiarum domicilium delegit et habitaculum terram nostram Soncini districtus Cremonensis. Cum igitur non ingrata nobis sit hujusmodi petitio dicti Simonis Ebrei qui de cetera ritus sui Judei omittamus: Satis homo frugi est: et talis ejus habitacio non nisi utilis esse potest: contentamus et per presentes concedimus et dispensamus: Quod predictus Symon Ebreus et Socius quilibet per eum eligendum cum omni eorum familia habitare possint in predicta nostra terra Soncini, et exinde sese absentare quandocumque sibi placuerit et reducere cum omnibus et singulis pigneribus, supellectilibus, rebus, et bonis quibuscumque suis ad et in quascumque civitates, terras, oppida et loca dominii nostri ubi habitaculum duxerint eligendum. Ibique standi, morandi, pignatandi, artemque feneratoriam more suo ac quelibet negocia sua exercendi, gerendi et administrandi

pro eorum libito, voluntatis, tute, libere et impune omnique impedimento et molestia cessante. — Decernentes et volentes quod predicti Symon et Socius et ut supra utantur et uti et gaudere possint his omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, capitulis, pactis et prerogativis quibus alii Ebrei in dominio nostro commorantes fruunt et gaudent et frui et gaudere dignoscunt et qui ipsis Simoni et Socio melius placuerint: non derogando propterea aliquibus capitulis sive conventionibus aliis Ebreis per nos concessis. — Confirmantes insuper et approbantes, quantum in nobis est, quecumque privilegia papalia predicto Symoni indulta, nec minus quascumque literas hactenus per nos ei concessas. — Et quoniam idem Symon inter cetera potissimum a nobis requisivit quod adveniente aliquo casu guerre, quam Deus avertat, sese cum dicto Socio et familia, pigneribus, rebus et bonis quibuscumque suis reducere possit ad habitandum in civitatibus nostris vel Cremone vel Laude prout maluerit ubi tutior esse possit, hoc etiam vigore presentium concedimus et dispensamus et promittemus. — Mandantes denique locumtenentibus, comissariis, potestatibus, officialibus, stipendiariis, et subditis nostris quibuscumque ad quos presentes nostre litere devenerint et quibus spectare poterit quolibet in futurum quatenus ipsas nostras presentes literas hinc ad annos decem proxime futurus valituras, et hanc mentem nostram observent et faciant inviolabiliter observari sub fide impressionis nostri sigilli. Dat. Mediolani, die 9 maj anno 1454.

Archivio di S. Fedele. — Corrispondenze ducali.

84.

1467, 9 Giugno, et seq.

Ragioni della vicinanza detta la *Ghibellina.*

Reperitur in Protocollo Instrumentorum anni 1467, quondam d. Horeghini Cropelli, Soncini Notarii publici, sic fore scriptum videlicet: Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. — Indictione decima quinta, die Martis, nono mensis Junii. – In Soncino in strata Gibellina apud puteum.

Ibidem, presentibus Andrino de Seghetiis, Marchetto Vaijlato, Zanino Bardello, Comino Patirano, Princiscalo Partino, ac Joanne ejus fratre, ac Joanne Dultia, omnibus habitatoribus Soncini, et pro 2.° notario Nicolaus de Cropellis.

Ibidem Pasinus Mosentie de Doninenis de Soncino, sanus corpore

et mente, ac boni intellectus, volens providere posteritati sue, suum testamentum nuncupativum sine scriptis, et..... ultimam voluntatem de bonis suis disposuit, ordinavit et fecit, in hunc modum, videlicet:

Quia heredem suum primo instituit Spiardum fratrem suum, in soldis quinque Imperialium, de bonis ipsius testatoris de quibus jussit, et voluit ipsum esse tacitatum.

Item legavit Joannam uxorem suam dominam et usufructuariam, et quod sit domina et usufructuaria omnium bonorum ipsius testatoris toto tempore vite sue, custodiendo honore ipsius testatoris.

Item legavit, voluit et jussit quod d. Joanna ejus uxor vendere possit terram et domum ipsius testatoris, si de terra et domo ipsius testatoris prout ipsi sue uxori melius videbitur et placuit, et pretium ipsius terre, et domus distribuere pauperibus in Soncino, secundum ordinem per ipsum datum...... dicta sua uxore prout ipsi sue uxori dixit se imposuisse, et secundum ordinasse pro restitutione male ablatorum ipsius testatoris, et quam suam uxorem in predictis exequendis suam legavit fidecomissariam. — Et quod etiam dicta uxor sua ipsis suis bonis uti valeat, et de ipsis rendere in necessitatibus suis victus et vestitus.

Item legavit Ecclesie S. Marie Plebis Soncini soldos viginti Imperialium dispensandis in melioramentis ipsius Ecclesie.

Item legavit *Vicinie Gibelline Soncini*, post mortem suam et dicte sue uxoris omnia bona sua que non reperiantur vendita per dictam suam uxorem: hoc acto quod dicta Vicinia distribuere debeat fructus et redditus ipsorum bonorum quolibet anno in perpetuum inter pauperes ipsius Vicinie. — Et hoc esse voluit et jussit suum testamentum et ultimam voluntatem et quod valeat jure testamenti.

. . . .

✝ Ego Horeghinus de Cropello etc.. ....

Reperitur in libro Catastri bonorum Magnif. Com. Soncini, facto de anno 1519, existente in Archivio d. Com. sic fore scriptum videlicet: Vicinia Gibeline Soncini in contrata Dossorum, perticarum quatuor cum dimidia terre dossive, cui coheret a monte scolator, a meridie Bernardinus de Pisentis, a sero de Pisentis et a meridie........

Extim. lib. octo qualibet pertica, in summa lib. triginta sex Imper...........

Petrus Cropellus Mag. Com. pred. Cancell. pro fide.

1647, 16 giugno in Soncino.

Per il presente el qual se intendono habi forza et vigore de publico giurato instrumento si dichiara come M. Francesco Guar-

guante, M. Andrea Costa, et Francesco Trusino, sindici, et a nome di tutta la vicinanza della Gibellina, come posessori di una pezza de terra aratoria vidata et dossiva, sita nella Contrada de Dossi, territorio di Soncino, conforme le sue note coherentie, danno a nome di semplice affitto et non altrimenti a M. March'Antonio Marcone detto Pelucano, habitante alli Dossi sud.i, pertiche cinque in circa, o più, o manco, a corpo et non a misura per anni nove, di incominciare a S. Martino 1646, et finire a S. Martino 1655, per il prezzo di Gazettoni trenta e mezzo ogni anno nel giorno di Venerdì Santo etc.

Croce di March'Antonio Marchono Pelucano.

Io Francesco Guarguante sindico di detta Vicinanza della Ghibellina affermo.

Io Andrea Costa affermo come Sindaco della Ghibelina.

1708, 26 marzo. Soncino.

Congregati nella Sala della Casa Arcipretale di Soncino, avanti il Molto Ill. e Molto rev. Rev. sig. Arciprete d. Pasino Pesenti Arciprete e Vicario foraneo di Soncino, col consenso ed autorità prestata dall'Egregio sig. Podestà di Soncino il sig. d. Bonaventura Pesenti come assistente Regio, li infrascritti Participanti della Vicinanza della Ghibellina a causa della morte de' sindici di detta Vicinanza eletti nella Congregatione fatta il dì 19 marzo 1652, descritta sopra il cartone del testamento con autentica forma rogata dal fu Cropello ...... notaro di Soncino al quale et in cui si trova il legato fatto a detta Vicinanza delle terre site sulli Dossi di pertiche 4 in circa, sotto le sue note coherentie, come al Catastro della Comunità di Soncino la nota del quale trovasi descritta in fine di detto testamento .... et sono cioè:

M. Giovanni Liveno, Innocente de Pasquale, Giovanni Carezzole, Bartolomeo Brocco, Mattia Antonino, Francesco Pozzetto, Stefano Patizzo, Geromino Camisa, quali sono partecipanti delle cinque quadrette di detta Vicinanza.

Hanno proposto di far li tre Sindici di detta Vicinanza in logo delli già morti, quali tenghino conto delle ragioni di detta Vicinanza et delle cavate delle sue terre et che habbino obbligo ogni anno il Sabbato Santo di dispensar ciò che resta di netto dalli aggravii delli frutti di dette terre alli habitanti in detta Vicinanza, rata parte per ogni casa habitata in detta Vicinanza come resta disposto per detto testamento etc.

Così hanno eletto per Sindaci come sopra:

M. Gio. Liveno, M. Gio. Carezzole, M. Innocente Pasquale.

Hanno proposto di consignar il testamento suddetto in mano a uno di detti Sindici.

Così han determinato che sii dato in mano di d.° M. Gio. Liveno, come de facto hora si consegna et lui alla presenza delli infrascritti testimonii, cioè il sig. Antonio Pesenti fil. del sig. Gio. Battista et M. Francesco Baita fil. q. Annibale, ambi habitatori di Soncino, et di tutta la Congregatione, confessa averlo ricevuto, et si obbliga restituirlo al tempo, quando sarà il bisogno.

De quibus rog. ext.

Ego Bernardinus Rubeus Sacerdos, publicus Soncini notarius et in hac parte Cancellarius etc.

Archivio dell'Arciprete della Pieve di Soncino.

85.

1468, 7 Settembre.

Capitoli presentati dalla Comunità di Soncino al duca Galeazzo Maria Sforza, e da esso confermati in parte con ducale 7 settembre 1468, e dal suo successore con missiva 22 marzo 1477, filza 44, N.° 22. (*)

Infrascripta sunt Capitula petenda per Mag. Com. Soncini.

Primo, che la terra de Soncino sia mantenuta in possessione del mero et misto imperio, cum gladii potestate, et non sia sottoposta a città nè terra alcuna, nè possa esser venduta donata infeudata nec alio modo alienata.

Item, per esser detta terra copiosa de gentilhomini, mercadanti et artisti populata, et pauperrima de giurisditione talmente che non raccoglie da vivere per 3 mesi per uso di detta terra, se domanda a V. E. che gli voglia ampliare la giurisditione sottoponendoli, cominciando da Zenivolta andando da diretto verso Trigolo infino alla giurisditione de Crema verso mezzodì, et da sera parte la giurisditione di Crema, et in parte la giurisditione di Gera d'Adda, a monte fossato Bergamasco, et a mane il fiume d'Olio inclusivamente, qual cosa sera honore gloria et utilità delli datii di la Camera de V. E.

(*) Così leggesi negli Atti municipali di Soncino, e così venne da me riferito a pag. 258, del vol. I. — Malgrado le più accurate indagini all'Archivio di S. Fedele, non mi riescì di trovare per esteso le due concessioni del 1468 e 1477, che vengono citate soltanto nei *Registri*, sotto la formola generale di *conferma di capitoli*.

Item, che la terra et homini de Soncino siano in perpetuo tenuti esenti da tasse de cavalli, et che gli Incoli de detta terra siano trattati more civili et questo per la gran fede et bona servitu demostrata verso V. E. et che sono in perpetuo per demostrare verso quella.

Item, che gli statuti di ventidoi anni in qua compilati per la terra et homini di Soncino confirmati et servati fin al presente, et privilegi ha dette terre così Imperiali, come ducali et Regi et decreti ducali siano confirmati eccetto il decreto de majore magistratu qual nullo modo habbia vigorezare contra detta terra di Soncino, sed pænitus sia estincto et annullato quanto è in pregiuditio di detta terra et homini.

Item, che gli offitiali da esser mandati in essa terra siano obbligati a tenere uno vicario jurisperito pro Jure reddendo, et che detti offitiali non siano Cremonesi et siano pagati per la Camera secondo il solito.

Item, che li salariati de la terra de Soncino, cioè notari della Comunità, Correri, Gabelotto, Trombetta, Torresani, sepultori de morti, magistro de l'orologio, Commendatore de Guardie, Thesaurero et altri sieno pagati per la Camera ducale sopra li datii di Soncino secondo il solito et secondo se contiene nel rollo ducale.

Item, che lo datio de la Intrata et Imbotata di la terra de Soncino, porto di Olio et banca di la ragione civile siano di la Comunità di Soncino come sono stati usque in presentem diem, et che gli notari del civile et criminale siano oriundi di Soncino.

Item, che ogni martedì si debba far il mercato nella terra di Soncino al quale si possa portar et condurre di ogni sorte di biade et di ogni altra cosa per lo viver dell'uomo et così in collo come sopra li cavalli et carri libere et senza pagamento del alcuno datio, et che non si possi far altro mercato appresso a Soncino a XII millia appresso a Soncino infra la settimana.

Item, che li uomini di Soncino possano andare per tutto il dominio ducale senza pagamento alcuno di bolette porti et ponti ma sieno serbati esenti da dette bolette porti et ponti.

Item, che li homini di Soncino quali hanno et haveranno in futurum le loro possessioni fuori del territorio di Soncino possano condurre et far condurre tutte le lor frutte che raccoglieranno sopra le loro possessioni alle terre di Soncino dove loro abitano senza alcuno pagamento de datio, tollendo la licenza dal M. Podestà di Soncino, come si soleva fare al tempo de la felice memoria dell'Ill. quondam genitore di V. E. et che da la terra de Soncino possano condurre alla detta loro possessione massaritie per suo uso, et massari et inde retornarli senza alcuno pagamento de datio.

Item, che lo sale di esser venduto nella terra di Soncino non si possa vendere oltre soldi XX Imperiali per lo peso come si è fatto sin al dì presente, et detto sale si debba levare alla città di Pavia et che gli datii de Soncino si scodano secondo gli loro datii et capitoli, Ita che corruptela non habbia loco, et che detti datiarii et salaroli siano obbligati a torre d'ogni sorta de monete, dummodo non siano tose ne false secondo come vano in Soncino.

Item, che gli panni de lana si faranno in Soncino si possano condurre a tingere dove alli mercanti parirà et senza pagamento de datio alcuno, et così gli panni quali si condurranno alle fere de Crema et altrove de quelli li quali haveranno pagato li datii di Soncino et gli saranno avanzi de detti panni, non siano obbligati a pagar datii di alcuno nella detta terra di Soncino come si fa di presente.

Item, che la Comunità di Soncino possa extrahere acqua del fiume d'Olio per far un vaso a benefitio de detta Comunità et che persona alcuna non possa condurre acque alcune per lo territorio de Soncino senza espressa licenza di detta Comunità non obstante li decreti ducali disponenti di simile materia.

Item, che li uomini de la terra de Soncino possano andare per tutto il dominio ducale a comprare de le biade et quelle condurre in Soncino per uso et a benefitio degli huomini di detta terra senza pagamento alcuno de datio.

Item, che nella hostaria de la Comunità di Soncino si possa vendere pane vino et carne senza pagamento alcuno di datio.

Item, che persona alcuna non sia ne possa essere fatta ne persevarata esenta per gli beni quali habbia ne in futurum haveranno sopra il territorio di Soncino et fora del territorio sotto pena de ducati mille de oro da esser applicate alla ducal camera totiens quotiens impetravano detta esentione, et detta esentione sia nulla acciocchè tutti siamo eguali come siamo stati fino al dì presente, et che persona alcuna non possa alienare beni alcuni in pregiuditio di detta Comunità quali siano descritti nell'estimo di Soncino.

Item, che li homini di Soncino possano ammazzare bestie grosse bovine et porcine in casa sua per uso di lor famiglia senza pagamento alcuno di datio si come sono soliti fino ad hora.

Item, che lo datio de la macina de le biade de Soncino sia estinto et annullato come sino ad hora è stato.

Item, che lo datio di la seminatura de lino sia parimenti estinto come è lo datio di la macina.

Archivio del Commune di Soncino. — Esenzioni. — Privilegi.

86.

1468, 30 Ottobre

Giuramento di fedeltà prestato dalla Comunità ed uomini di Soncino, al duca Galeazzo Maria Sforza.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Indictione secunda die vero dominico penultimo mensis octobris secundum cursum et modum huius terre Soncini in Soncino super pallatio veteri predicti comunis Soncini Convocato et congregato ibidem toto consilio generali comunis Soncini .... nec non et tota universitate seu maiori parte totius universitatis comunis et hominum terre predicte Soncini et qui representant totum popolum comunis et universitatem predicte terre Soncini sono campanarum voce tubaque premissis prout moris et consuetum est et secundum ordines et consuetudines predicte terre Soncini super premissis disponentes pro infrascriptis omnibus et singulis peragendis Constituti coram spectabille viro domino Gerardo de borraciis de Mutina Potestate terre Soncini ibidem sedente pro tribunali super quodam bancho ibidem sito quem locum et quod banchum sibi per prius ellegit et elligit pro suo congruo et jdoneo loco et tribunali ...... et ad omnia et singula infrascripta gerenda facienda dicenda et exercenda. Et qui prefatus dominus potestas prius et ante omnia cum .... ipsis consilio universitati comuni et hominibus predicte terre Soncini ibidem astantibus ac convocatis et congregatis in unum ut supra .... introclusa copia instrumenti fidelitatis et juramenti prestiti in manibus Illustrissimi principis et Excellentissimi domini domini Galeaz Marie Sfortie vicecomitis ducis Mediolani etc. Papie Anglerieque comittis ac Janue et Cremone domini etc. Per Nobiles viros Petrum de covo et Gafarinus de barbobus oratores et nuncios prefati comunis universitatis et hominum terre Soncini ut patet (?) expresse ex dicta copia instrumenti rogati et scripti per Spectabillem virum dominum Marchum trotum notarium publicum ac canzelarium prefati Illustrissimi principis domini ducis Mediolani etc. et per me Gabriellem de cropellis de Soncino notarium infrascriptum lectis publicatis et vulgarizatis simul cum dicta copia instrumenti predicti ad plenam et claram intelligentiam tocius predicte comunitatis consili et universitatis ac hominum predicte terre Soncini ut supra ibidem convocatorum et congregatorum et inferius

nominatorum et descriptorum. Tenor quarum litterarum et instrumenti prenominati inferius describuntur et annotati sunt de verbo ad verbum ut infra videlicet. Et demum et successive descripti sunt et annotati omnes et singuli homines dicte terre Soncini ibidem astantes et qui debitum fidelitatis et obedientie juramentum prestiterunt et pro ut infra videlicet.

1468, dux Mediolani, 28 ottobre.

Papie Anglerieque Comes ac Janue et Cremone dominus. Dilecte noster, sono venuti qui da nuy li ambassatori de la comunità de quella nostra terra cum littere credentiale de quello comune quali havemo veduti et intesi voluntiera, ne hanno in nome del comune et homeni de quella terra nostra prestata debita fidelità et juramento de obedientia con le clausule promissione obligatione et debite solemnità con promissione che tucti et singuli homini de quella terra congregati et convocati con le debite et consuete solemnità te prestarano in tue mane in nostro nome simile juramento de fidelità et obedientia et ratificaranno quanto per dicti loro Ambasatori è stato jurato facto et promesso qui in nostre mane secondo se contene in lo instromento de dicte cose rogato per Marcho troto notaro publico et nostro canzelero del qual te mandemo inclusa la copia. Però volimo che ricevuta questa debii con sono de campane et con tute le volute et consuete solemnitate congregare et convocare tuto el populo et tuti li homeni de quella nostra terra et da cadauno de loro per loro e per li suoi figlioli et successori recevi in nostro nome debito juramento de fidelità et obedientia per nuy et nostri figlioli et successori con ratificatione de quanto in nostre mano è stato facto et in tuto e per tuto como in dicta inclusa copia se contiene alla executione de le quale tute et singule cose predicte per questa nostra te factiamo et constituemo nostro mandatario et procuratore con piena et larga facultà et possanza et auctorità che possi recevere et fare como faressimo nuy stessi facendo de le predicte cose rogare instrumenti per mano de publico notaro nel quale se inserischa l'instrumento facto inanti ad nuy et ne lo mandarati in publica et autentica forma. Datum Mediolani die XXVIII octobris 1468, signat. Cichus — A tergo Nobili viro Potestati terre Soncini nostro.

1468 27 ottobre.

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo die vero jovis vigesimoseptimo octobris secundum cursum et morem inclite civitatis Mediolani Coram Illustri Principe et Excellentissimo domino domino Galeaz Maria Sfortia

vicecomite, Duce Mediolani, etc. Papie Anglerieque Comitte ac Janue et Cremone domino, filio ac legittimo herede et successore inmortalis patris Illustrissimi et excellentissimi quondam principis et domini Francisci Sfortie vicecomitis olim Duci Mediolani etc. Sedente pro tribunali super quadam cathedra in camera infrascripta quam cameram et quam cathedram pro suo tribunali et loco idoneis ad infrascripta peragenda et exequenda ipse Illustrissimus dominus Dux Galeaz ellegit et elligit. Comparuerunt et comparent Nobiles viri Petrus de covo et Gafarinus de barbobus oratores et nuncii terre nostre Soncini ellecti et deputati per comune et homines dicte terre ut eorum constat litteris tenoris infrascripti. — Illustrissime Princeps et Excelse domine domine noster colendissime, transmittimus ad celsitudinem vestram Petrum de covo et Gafarinum de barbobus oratores nostros nonnulla prelibate dominacionis vestre nostri parte expposituros quorum relatibus tanquam nostris fidem credulam impartiri dignemini. Datum Soncini die XXV octobris MCCCCLX octavo Eiusdem dominationis vestre devotissimi servitores comune et homines terre Soncini. A tergo, Illustrissimo Principi et Excelso domino domino Galeaz Marie Sfortie vicecomiti, Duci Mediolani etc. Papie Anglerieque Comitti, ac Janue et Cremone domino domino suo collendissimo. — In executione quarum litterarum et omnium et singulorum in eis contentorum et superius narratorum, predicti Petrus de covo et Gafarinus de barbobus nuncii et oratores prefatorum Comunitatis et hominum terre Soncini in manibus prelibati domini domini Ducis Mediolani etc. pro tribunali sedente ut supra ac stipulantis et recipienti pro se se ac filiis suis legittimis ac maschulis ac de eo legittimo matrimonio lineaque maschulina nasciturís et sibi in ducatu ac dominio successuris in et super animas suas et dictorum suorum constituentium et mictentium nec non tocius populi et tocius comunitatis terre Soncini ac filiorum suorumque successorum in perpetuum super quodam missali, quod prefatus Illustrissimus dominus dux suis tenebat manibus ad et per Sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis scripturis flexis genibus Reverenter ut supra constituti debitum fidelitatis et obedientie juramentum prestiterunt et prestant videlicet. Quod ipsi omnes oratores et nuncii ac terrigine et habitatores dicte terre Soncini tanquam veri et devotissimi subditi dominacionis sue ab hac hora in antea fidelissimi erunt et obedientes dominacioni sue et filiis suis maschulis legittimis heredibus et successoribus ut supra, ac promptissimi ad recivendum et defendendum recuperandum et manutenendum contra quoscunque statum dominationis sue ducalia jura et omnem juri-

sdictionem tam in dicta terra Soncini et pertinentiis suis quam alibi ubicunque et quocunque modo fieri poterit. Et quod nullo unquam tempore predicti terrigine et habitatores in terra Soncini et pertinentiis verbo facto vel opere non comittent nec facient contra persona statum vel honorem prefati domini Ducis et filiorum heredum et successorum suorum Quinijmo si ad eorum noticiam perveniret quod aliquis in aliquo contra ipsum dominum ducem aut personam vel statum suum vel filiorum heredum seu successorum predictorum tractaret aut faceret sive facere vel tractare velet, toto eorum posse et industria resistent et impedient ac prohibebunt ne id fiat. Et si prohibere non possent personaliter vel per nuncios aut litteras prefato Illustrissimo domino Duci et filiis heredibus et successoribus suis predictis propallabunt et intimabunt, et prefati Illustrissimi domini ducis filiorumqne heredum et successorum predictorum, predictam terram Soncini ceterasque civitates et terras et universum dominium suorumque ut supra predictorum. Nec non preminentias omni industria et ingenio conservabunt et augebunt. Et si contingeret prelibatum Illustrissimum dominum filios heredes et successores suos predictos quicquam perdere id recuperare juvabunt, et consilium quod ab eis vel aliquo eorum per prefatum dominum ducem Mediolani aut suos ut supra petetur secundum ab eis datam ab eterno deo prudentiam inmaculatum et fidele prestabunt. Ipsiusque domini ducis ac filiorum heredum et successorum suorum predictorum secreta eis comissa vel comittenda nemini pandent aut manifestabunt, nec aliquid facient propter quod pandatur sine ipsius domini ducis aut suorum ut supra consensu et licentia, sed pure sincere realiter et personaliter sine ulla contradictione exceptione vel excusatione favebunt et servient fideliter ipso Illustrissimo domino Duci ac filiis et heredibus ac successoribus predictis. Nec ob aliquam temporum conditionem seu diminutionem aut status varietatem se retrahent vel abstinebunt ac fidelitate et juramento predictis sed in predicti domini ducis filiorumque heredum et successorum predictorum ut supra serviciis fidelitate et obedientia integre fideliter et accurate perseverabunt in omnem temporum et fortune eventum. Et ultra premissa generaliter juraverunt prefati oratores et nuncii pro se se et omnibus terrigenis et habitatoribus dicte terre Soncini eorum que et cujuslibet eorum felicis ea omnia et singula facere et adimplere, attendere et observare pro prefato domino duce suisque ut supra felicis heredibus et successoribus predictis que facere tenetur et debet quilibet fidelis servitor et subditus erga dominum suum. Et in

omnibus et per omnia prout jurari et promitti requiritur et secundum formam capitullorum utriusque fidelitatis tam scilicet noveque veteris et prout in ea forma continetur. Jurantes preterea prefati nuncii et oratores pro se se et eorum constituentibus et mittentibus eorumque et cuiuslibet eorum filiis et descendentibus in manibus prelibati domini ducis predicta omnia et singula attendere et observare prefato domino Duce et suis ut supra omni exceptione excusatione et contradictione cessantibus sub vincolo juramenti prodictionis fidei et eorum et cuiuslibet ipsorum. Et sub pena refectionis et restitutionis omnium et singulorum dampnorum interesse et expensarum predicta occasione fiendarum per prefatum dominum ducem suisque ut supra. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis dicti oratores et nuncii omnia sua bona et dictorum suorum principalium presentia et futura mobilia et inmobilia etiam ea que non cadunt in obligatione generali prefato domino duci et suis ut supra pigneri et ipothece obligaverunt et obligant obligataque esse volunt et intendunt. Renuntiando et renuntiant exceptioni non prestiti dicti juramenti et prestationis fidelitatis et homagii et non factarum dictarum obligationum etiam omnium et singulorum predictorum non sic actorum et gestorum aut aliter quam ut supra factarum exceptioni doli mali condictioni metus in factum sine causa vel ex injusta causa omnibusque probationibus in contrarium etc. Promittentes insuper dicti oratores et nuncii. Quod dicti comune et homines dicte terre Soncini et singuli eorum presentis fidelitatis instrumentum et omnia et singula in eo contenta rattificabunt et approbabunt et debitum fidelitatis juramentum solempniter et legittime prestabunt in manibus Egregii Gerardi borracini de Mutina potestatis dicte terre Soncini nomine prefati Illustrissimi domini domini ducis suorumque ut supra recepturi. Et instrumentum ratificationis et nove fidelitatis prestationis cum presentis instrumenti insertione de verbo ad verbum mittent publica et autentica forma prefato Illustrissimo domino Duci infra terminum unius mensis proximi. De quibus omnibus et singulis prefatus Illustrissimus dominus dux jussit et jubet et dicti nuncii et oratores rogaverunt et rogant per me Marchum trotum notarium infrascriptum fieri debere instrumentum unum et plura ejusdem tenoris.

Actum in civitate Mediolani in castro porte Jovis in Camera diuturne ressidencie prefati Illustrissimi domini ducis. Presentibus pro secundo notario Benedicto de Caijmis filio quondam domini Johannis. Nec non spectabilli viro Febo capello secretario Illustris-

simi Dominii venetorum. Illustrissibus Bosio primogenito Illustris domini Marchionis Salutiarum Ductore pro Filipo Maria Sfortia vicecomitte Corsice. comitte Sfortia Maria Sfortia de Aragonia vicecomitte duce Barri, Lodovico Maria Sfortia vicecomitte Mortarii comitte fratribus, Magnifico domino Cicho Simoneta filio quondam domini Antonii milite secretario ducalibus, spectabile viro Martino de tubia Illustrissimi domini Marchionis Montisferati oratore. spectabillibus domino Andriotto de Majno filio quondam .... milite, Petro de Galerate filio domini Johannis, Aulicis. Johanne Symoneta filio quondam domini Antonii secretario et egregio viro Jacobo Malumbra filio quondam domini Rizardi Canzelario, ducalibus testibus notis idoneis ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Marcus trotus filius quondam domini Dominici publicus Imperiali auctoritate notarius et prefati Illustrissimi domini Ducis Canzelarius predictis interfui et jussus ac rogatus instrumentum traddidi et hanc copiam cum imbreviaturis meis auscultatam et per alium mihi fidum scriptam nihilque variare a veritate rey geste compertam, Ideo in premissorum fidem me propria manu subscripsi.

Nomina hominum et personarum ac populi comunis et universitatis terre et districtus Soncini sunt hec videlicet.

Dominus Petrus filius quondam domini Antonioli de covo et dominus Gafarinus de barbobus filius quondam domini Michaellis ambo oratores antedicti, dominus magister Laurentius Artium et medicine doctor, filius domini Antonii de barbobus, dominus Comes Jacobus filius quondam comittis Petri de Covo, dominus Cristoforus filius quondam domini petri jurisutriusque doctor de barbobus, dominus Petrus nicolaus filius quondam domini Antonii de Covo, dominus Anibal jurisperitus eius filius, dominus Aymericus filius quondam prefati domini Petri de barbobus, dominus Aluysius filius domini Bertolamei de Covo, dominus Bernabos filius quondam domini Petri de barbobus antedicti, dominus Gaspar filius quondam domini Stefani de Covo, dominus Raynaldus dè barbobus, dominus Johannes martinus filius quondam comittis Petri de covo, dominus Comes Francischus filius quondam comittis Antonii de Cropellis, dominus magister francischus filius suprascripti domini magistri laurentii de barbobus phisicus, dominus Nicolaus filius quondam domini Antonioli de covo, dominus Zentilinus filius quondam domini Guidonis de barbobus, dominus Nicolaus filius quondam domini Andelmarii de covo, dominus Johannes Antonius filius quondam domini

Guidoni de barbobus, dominus Johannes filius quondam domini Jacobi de covo, dominus Nicolaus filius quondam domini Tonini de tonsis, Baptista filius suprascripti domini Johannis de covo, Guischardus filius domini caroli de barbobus, Raphael filius domini Bertolani de Covo, Areghinus filius Johannis de covo, Marchus filius quondam comitis Berti de covo, Jacobus quondam domini Georgini de covo, dominus Jacomus Franziscus de madiis, magister Johannus . . . . . . Stefani Georgius et Johannes fratres filii suprascripti domini Nicolai de tonsis, dominus Johannes filius quondam domini Petri de cropellis, dominus laurentius quondam domini Andree de barbobus, Antonius quondam . . . . . . Toninus quondam domini Albrici de cropellis, Stefanus quondam domini berti de Zardinis, Johannes piz. quondam domini Andelinarii de covo, Guizardus quondam domini Johannis ex comittibus de massano, dominus Bertolameus quondam domini Jacobi de cropellis, Christoforus quondam Jacobi de Quarenghis, Bertus quondam Tomaxii de tonsis, Bernardus filius quondam domini Aluysii de barbobus, Dominicus filius quondam domini Bencini de cropellis, Bertus quondam alterius Berti de grumellis, Johannes quondam domini Georgini de covo, Georgius quondam domini Johannis jurisperiti de cropellis, Johannes quondam Berti de vulpis, Antonius quondam Zanini de tonsis, Marchesius quondam Jacobini rizoli, Jacomus quondam Stefàni de grumellis, Franziscus quondam Christofori cavatie, Bertus quondam Tonini delera, Johannes quondam Tonini de Passirano, Johannes quondam Antonii carioni, Christoforus quondam Tomaxii de Pavaris, Christoforus quondam domini Laurentii de medicis, Christoforus quondam Aymerici de cavallis, vianus quondam Johannis de rossis, Gabriel filius quondam domini Bertolamei de cropellis, magister paruda quondam Christofori de parudis de claris, Partinus quondam Trussii partinii de doninenis, Fedricus quondam domini Bencini de cropellis, Bertus quondam Alberti lazini de gavatiis, laurentius quondam Johannis de grumellis, Aymericus quondam Georgii de foliis, Petrus paulus quondam Christofori de la corna, Cropellus quondam Tomaxii de cropellis, Tomas quondam Paganini de gandino, Antonius quondam Alberti de gavatiis, Betinus quondam Zanini bussine, Antonius quondam Bertrami rognoni, Jacomus quondam francisci de lottis, Stefanus quondam Bertrami Quartironi, Petrus martir quondam Gaspari de Aplano, Magister Bertus quondam magistri Bernardi de cropellis, fra Bonisigninus quondam Tomazii de pavaris tercii ordinis Sancti Francisci, Tomas quondam Berti de tertio, Jacomus quondam Johannis de Pallazo, Albertus

quondam domini Berti de Zardinis, Bertus deffendini de barcho, Johannes quondam Antonii de Pavaris, Bertus quondam Antonii de nido, Bertus quondam Johannis burloni, Petrus quondam Jacobi de verris, Bertus quondam Augustini cavatie, Nicolaus quondam Schαramutie de Platina, Franziscus quondam Petri de gabiano, Petrus quondam Guillielmi de manzonibus, Stefanus quondam Petri fieroli, Bertus filius Antonii de verris, Johannes filius Berti de Gasparis bocalari, Jacomus quondam filippi de Pegazano, Petrus quondam Johannis tassoni, Baptistinus filius Berti de urgnano, Antoninus quondam Johannis de iob de rossis, Petrecinus quondam Pasini de verris, Tomas quondam Johannis de marris, Jacobus filippus quondam Arnoldi de sangallo, magister Petrus de blanchardis de Sancto colombano quondam Jacobini, Johannes quondam Betini de calepio, Bertramus quondam Tonini de vellate, Stefanus filius magistri Berti de zanebellis, Christoforus quondam Berti pertini de doninensis, Johannes filius Zanini pavoni, Bertus quondam petri lazine, Johannes quondam domini Berti de zardinis, Johannes Antonius filius Berti de urgnano, Simon quondam Jacobi silloni, Petrus quondam prandii borserii, Petrus quondam Christofori carlini, Antonius quondam Petri de albazano, Stefanus quondam Berti de Job, Baldinus quondam Tonini Schayete, Petrus quondam Bertolini gendrami, Petrus quondam Ragnaldi ranteni, Bressanus quondam Johannis de gabianis, Christoforus quondam magistri Andrioli de iob de rossis, Johannes quondam Bernardi de camotiis, pigolotus Bertus quondam Amici de bonzaneliis, Johannes quondam Bernardi de tamnis, laurentius quondam Johannis de vellettis, Johannes quondam Marci de garbagnate, Simoninus quondam Raymondi de gabianis, Johannes Bertolinus quondam Antonii de mayneriis, Bertus quondam Johannis rubini de garbagnate, Johannes filius Belfanti de soldo, donatus quondam michaellis de lanzonibus, oliverius quondam Berti pertini de doninenis, Martinus quondam Johannis gatinoni, Johannes quondam Berti de ceranis, Jacomus quondam Bertolini vayertoni, Tomas quondam Marci de Dina, Tomas filius Jacobi de mussetis, Jacomus quondam pasini de la setta, Johannes quondam viviani de carminatis de Brambilla, Jacomus quondam Johannis de tassonibus, Ambroxius quondam Jacobi ambroxeti, Thedoldus filius Spiardi de doninensis, Georgius filius quondam domini hectoris de cropellis, Johannes quondam Berti de muclonibus, Johannes ventu.. filius quondam domini fr ..... de covo, Christoforus quondam petri de gorno, Bonadeus quondam Maffey de gavatiis, Johannes petrus filius Rizardi de tonsis, Bergaminus quondam Alberti moroni de brambilla,

Johannes filius . . . . . Sandrinus quondam fachini de cologno, Franceschinus filius Georgii de guarguantis, Johannes quondam Bonadey conche de gavatiis, Petrus quondam Manfredini de flexio, Gabriel quondam petri de campronibus, Christoforus quondam alterius Christofori de campronibus, Georgius quondam Tomaxii de caravatiis, Bonetus quondam Petri de doninenis, Jacomus filius Berti Jacomotti, Stefanus quondam Nicolay de barris, Dominicus filius Jacobi de canobio, Dominicus filius quondam Bertolini de gorno, Antonius quondam Bertolini fachinetti, Tomas quondam Johannis paticiis, Andriolus quondam Manfredini de chizolis, Merlinus quondam Johannis picinini de zachis de pergamo, Franceschinus quondam Jacobi guarganti, Maffeus filius Georgii de la corna, Manfredus filius quondam Johannis de cagio, Prandinus quondam Tonini de castrezagho, Tomasinus quondam Johannis de curticellis, Jacomus quondam Christofori de muclonibus, Stefanus quondam Johannis gatini, Baldessar quondam petri gatinoni, Christoforus quondam Betini de cagio, Laurentius petri rechagni, Guielminus quondam Antonii de Pesentis de brambilla, Jacomus quondam Johannis de ceranis, Zanonus quondam Marchoni de barellis, Tomas quondam Berti de la costa, Petrus quondam Jacobi de nido, Johannes quondam petri volte de arigonibus, Betinus quondam pasini de somentiis, Johannes quondam Tomaxii garzoni, Johannes bellini de boctis, Toninus filius domini Christofori de cropellis, Antonius quondam Zanini cerexie de arigonibus, Antonius quondam Juliani de barbobus, Petrus quondam Antonii de Zerbis, Bertus quondam Martini de rossis, Jacomus filius petri de blanchis, Bertus quondam Johannis rubini de tizengho, Antonius filius Martini rognoni, Bertolottus quondam Persavalli de doninenis, Toninus quondam Baldessaris de nido, Alujsius quondam Petri de bosiis de Mediolano, Christoforus quondam Simonis de mantegaciis, Bertus quondam Antonii de schanzio, Michael filius Zanini Pavoni, Johannes quondam Christoforid e flamenis, Franziscus quondam Johannis de iob de rossis, Jacobus quondam Antonii Polarii de arigonibus, Bertus filius quondam alterius fachinetti de maschuricis, Marchandus quondam Maffey de cornagiariis, Bertolinus bellami de brambilla, Pellegrinus quondam Jacobi de verris, Jacobus filius Christofori de morengho, Stefanus quondam Bernardi de cropellis, Stefanus quondam Bertoloti de la cocha, Zabardus quondam Maffey de maffis, Jacomus quondam Johannis arici de zuchis, Petrus quondam Johannis de iob de rossis, Bertramus quondam Richardi de rossis, Johannes quondam Antonii maroni de pavaris, Tomas quondam Guielmi de cropellis, Antonius filius Fedrici de foliatis, Franziscus quondam

Zaniboni bajte, magister dominicus quondam Tomasii caravatie, Johannes quondam Donati de prevedonis de Mediolano, Bertramus quondam petris de stropenis, Antonius quondam Jacobi ceresie de arigonibus, Nidus quondam Francini de nido, Franceschinus quondam Zanini de la delina, Johannes filius Bonini borgeti, Johannes quondam Lazari de blanchis, Bertolinus quondam Patricii rechagni, Christoforus quondam Aymerici de foliis, Johannes quondam Petri more, Bertramus quondam Ambroxii rognoni, Antonius quondam gratii de gratiolis, frà Areymis quondam Arnoldi de sangallo tercii ordinis sancti Francisci, Sperandeus quondam Jacobi de la costa, Zanetus quondam Petrini de Zabardinis vallis morone, Simon quondam Bernardi de cropellis, Georgius quondam Bertolini de morengho, Gerardus quondam Brandoli de morengho de zuchis, Antonius quondam Johannis de pesentis, Jacomus quondam petrini tonini, Zaninus quondam Tonini belleti, Johannes quondam Petri de mornicho, Dominicus quondam Manfredini de chizolis, Negronus quondam Salvini de cornalba, Toninus quondam petrini tonini, Petrus quondam Johannis froxati, Cominus quondam Zanini de pontolio, Laurentius quondam Redulfi de grumellis, Baldus quondam petri de fioronibus, Stefanus quondam Antonii de la corna, Antonius quondam uguzoni merchoni de barellis, Antonius quondam Johannis de stropenis, Stefanus quondam Honofrii de reschatiis, Nicolaus quondam Tonini tonini, Georgius quondam Johannis iob de rossis, Petrus quondam Johannis de Perachis, Petrus quondam Bertolini favazoli de rochafrancha, Bertus quondam valenti de Zanetis de castrezagho, Jacomus quondam Bertolini de bertolettis de viadanga, Bertramus quondam Johannis de stropenis, Jacomus quondam Petri thomarie, Johannes marchus filius domini Galeaz de barbobus, Mayfredinus quondam Bertolini de gondramis, Longhinus quondam alterius longhini de tertio, Marchetus quondam alterius Marcheti de vaylate, Jacomus filius Johannis de claraschis, Jacobinus filius quondam clarini de clarina, Antonius quondam Bonini tavolatri, Bonetus quondam petri peroni de gavatiis, Bernardus quondam tonini de pesentis, Bertolinus quondam Antonii de garbagnate, Bertus quondam Manatii de zandobio, petrus quondam perini Salvini, Simon quondam Areghini de aspino, Petrus quondam Tonini Schalvati, Stefanus quondam Johannis de curticellis, Guielmus quondam Antonii de girardis, Jacomus filius quondam petri soliarii, Perinus quondam Jorcini de vitalibus, Pasinus quondam Simonis de pumenengo, Michael quondam Andreo de trampdis, magister Jacomus quondam Benedicti de vincentio de Sedrina, Bertus quon-

dam magistri Guillielmi de scelere, Guarischus filius Bette de dossena, Johannes quondam magistri Grilis de Janua, Petrus quondam Guidonis de Zapis de Mediolano, Nicolaus filius domini Horeghini de cropellis, Tomas quondam Nicolaj de actis, Nicolaus filius Mayfredis de cagio, Tomas filius Maffej de mussetis, Jacomus quondam Johannis de girardis, Antonius quondam Ragnaldi de gissabellis de Mozanicha, Bertus quondam Johannis truchelli, Georgius quondam magistri Bevenuti de Pesentis, Laurentius quondam comini de pezonibus de valchamonica, Pazinus quondam Johannis de rossis, Paulus quondam Mafioli de campronibus, Franziscus filius Jacomi de tassonibus, Bertus quondam Petri de grumellis, Jacomus quondam domini Georgii de medicis, Johannes quondam Antonelli de foliis, Zanellus quondam Je..... de biys de Mediolano, Dominicus quondam Antonii de verris, Johannes quondam Nicolay de cropellis, Martinus quondam Stefani Zugni de lera, Johannes quondam boni Zambelle de cochalio, Laurentius quondam franceschini de desenzano, Johannes quondam Dominici Salvini, Gotardus filius Andree broche, Rizardus quondam Tonini de tonsis, magister Jacobus quondam domini firmi de covo, magister ambroxius quondam Antonii de arigonibus, Parolarius Tomas quondam Jacobi de cropellis, Faxolus quondam Delaydi de albino, Antonius quondam Johannis de actis, Jacobinus quondam perini de rizolis, Antonius quondam Johannis segandi, Paganinus quondam Nicolay de squarciis, Girardus quondam Zanini de morentiis de doninenis, Manfredinus quondam Tomasini de schichinellis, Pasinottus quondam Trussii de doninenis, Antonius quondam Bonelli de lonzanis, Raymondus quondam Pasini de verris, Andriolus quondam Guarischi de sigetiis de prumolo, Tonolus quondam alterius tonoli de scholaribus de cararia, Bertus quondam Petri de schichinellis, Jacomus quondam Simonis de lottis, Georgius quondam Berti de muclonibus, Johannes domini Antonii de cropellis, Johannes quondam Tomaxii villigane, Mafiolus quondam Martini de comendono, Zaninus quondam Johannis de quartironibus, Arigetus quondam Simonis de merchetis, Johannes filius magistri Cassandri de amigonibus, Betinus quondam Antonii gatini, Johannes quondam magistri Nicolay de barris, Zaninus quondam Bonini tavolatii, Dominicus filius Jacomelli de arigonibus, Johannes quondam Maffey de tavolatiis, Christoforus dictus Mattus filius Tonoli de dossena, Johannes quondam alterius Johannis de cavallis, fra Johannes quondam marchanti de cornagiariis, Bonomus quondam alterius bonomi de arigonibus, Johannes quondam petri de gavassalibus de fontanella, Jacomus quondam Zanini de bertolottis,

Item una alia petia terre aratorie, juris ut supra, jacentis de subtus via, territorii predicti, perticarum trium vel circa, cui coheret a meridie d. Nicolaus de Tonso, a monte via, a sero heres dicti Michaelis, et a mane pred. d. Nicolaus de tonso.

Item una alia petia terre prati magri, juris ut supra, jacentis in contrata Garbellorum, territorii predicti, perticarum decem, cui coheret a meridie Ecclesia Sancti Fatii de Soncino, a monte Antonius Brambilla...... a sero Ecclesia predicta S. Fatii, et in parte d. Nicolaus de Tonso...

Item una alia petia terre prative ibi prope, juris ut supra, territorii predicti, perticarum unius, cui coheret a meridie Martinus Sparapane, a sero Ecclesia, a monte heres Christophori de Cavallis, a mane Ecclesia S. Fatii.

Item una alia petia terre arative, juris ut supra, jacentis ibi prope, dicti territorii, perticarum unius, cui coheret a meridie via, a monte aqua pratorum, a sero Ecclesia S. Bartholomei, et a mane d. Nicolaus de Tonso.

Item una alia petia terre aratorie, prative et vidate, juris ut supra, jacentis in contrata figure, territorii antedicti, perticarum novem, tabularum quindecim, cui coheret a mane Johannes Garbagnatus, a meridie strata, mediante aqua Coste, a sero Ecclesia Sancti Bartholomei de Isengo, et a monte Bartholomeus dominicus Morzardus de Rossis, cum media hora aque de aqua pratorum a sero parte. — Pert. VIIII, tab. XV.

Bona immobilia Ecclesie Sancti Zenonis jacentis in territorio Soncino, quam tenet d. Archipr. Plebis d.ne Sancte Marie de Soncino, ut supra.

Primo una petia terre aratorie, prative et vidate, juris predicte Ecclesie, jacentis in contrata Gazoli, territorii Soncini, perticarum quatuor, tabularum duodecim, cui coheret a monte et a sero et a meridie Jacobus de Schanzio, a mane Stephanus Stayata, et in parte Manfredus Chizolus.

Item una alia petia terre aratorie, et dossive, juris ut supra, jacentis in contrata Sancti Zenonis, territorii predicti, perticarum septem, cui coheret a mane a sero et a monte strata, et a meridie Petrus Gondranus mediante aqua.

Item una alia petia terre aratorie et dossive, juris ut supra, jacentis in dictis contrata et territorio, cui coheret a meridie Franciscus de Gabiano, a monte Martinus Pandulfi pro Ecclesia Humiliatorum, a mane strata, et a sero dictus Martinus. — Pert. III.

Item una alia petia terre ortive, juris ut supra, jacentis in burgo porte mane Soncini, cui coheret a mane aqua castri Soncini, a meridie viazola, a sero Christophorus de Pavaris, a monte de Gatinonibus, et in parte Franciscus de Gabiano. — Tab. X, ped. IX, onc. IX.

Item una alia petia terre aratorie, prative et vidate, juris ut supra, jacentis in contrata S. Zenonis, territorii predicti, perticarum octo, cui coheret a sero via, a monte Scholator, a mane Petrus de Pavaris, a meridie Jacobus et fratres de Rubinis, et solvit omni anno in perpetuum ad livellum soldos duos, denarios octo Imperialium, ut patet instrumento rogato per Johan. de Covo, notarium, anno et die contentis in eo.

Item una alia petia terre aratorie prative et vineate, juris ut supra, jacentis ibi prope, dicti territorii, perticarum octo vel circa, cui coheret a meridie heres Bertolini Rubini, a sero Petrus Gondranus a monte Scholator, et a mane viazola, et solvit omni anno in perpetuum ad livellum soldos duos, denarios octo Imperialium.

Item una alia petia terre aratorie, prative et vineate, juris ut supra, jacentis ibi prope, predicti territorii, perticarum octo vel circa, cui coheret a monte Petrus Gondranus in parte, et in parte de Pavaris, a sero et a mane aqua tornandrorum, et solvit omni anno in perpetuum ad livellum soldos duos, et denarios octo Imperialium.

Item una alia petia terre aratorie prative, et vineate, juris ut supra, jacentis ibi prope, territorii predicti, perticarum octo, cui coheret a monte illorum de Rubinis, a mane aqua tornandrorum, a meridie Baldinus de Schajetis, et a sero via, et solvit omni anno ad livellum in perpetuum soldos duos, denarios octo Imperialium, ut patet instrumento per Joh. de Covo, notarium, ut supra.

Clericata Campestre d.ne S. Marie de Panichallis, territorii Soncini, que tenet d.nus Archipresb. Soncini ut supra.

Primo una petia terre aratorie prative et vineate, juris dicte Ecclesie S. Marie de Panichallis, territorii Soncini, que data fuit in contracambium Gasparino de Mayneriis de Soncino, per Antonium et fratres de Tonso, dicte Ecclesie ut supra, pro certis petiis

terrarum datarum per dictum Archipresbiterum dictis fratribus de Tonso, ut patet instrumento rogato et scripto per d. Horeghinum de Cropellis notarium publicum Soncinensem, sub die vigesimo primo mensis novembris, millesimo quadringentesimo quinquagesimo, Indictione quartadecima, et est perticarum tredecim, tabularum duodecim, pedum septem per justam mensuram. — Cui petie terre coheret a monte Ecclesia Plebis S. Marie de Soncino, et in parte heres Christophori de Nido, a mane in parte incessus, et in parte heres Michaelis de Barbobus, a sero in parte Joh. Antonius de Barbobus pro dicta Ecclesia Plebis, a meridie fosseta cum una hora de aqua binarum, omni die mercurii pro indiviso, prout dividitur inter consortes.

Clericata Campestre Ecclesie d.ni Sancti Eusebii, territorii Soncini, q. possidet d.nus dictus Archip. Plebis ut supra.

Primo petia una terre aratorie et vineate, juris dicte Ecclesie d.i S.i Eusebii, jacentis in contrata S. Eusebii, territorii Soncini, cui coheret a sero heres Francisci de Scaijetis, a meridie scholator S. Eusebii, a monte Zanonus Marchonus, et in parte Ant. Marchonus, et a mane predictus Zanonus Marchonus, et in parte viazola, perticarum quatuordecim.

Item una alia petia terre aratorie prative et vineate, juris ut supra, jacentis in contrata Braijde aijne, territorii infrascripti, perticarum duarum vel circa, cui coheret a mane Olium vetus, mediante via, a meridie, a sero et a monte Ecclesia Plebis.

┼ Ego Jacobus de Grumellis notarius de Soncino, Imperiali auctoritate constitutus, ac notarius ad banchum jurium causarum civilium Communis Soncini, suprascriptum Registrum seu Inventarium scripsi, de voluntate predicti d. p. Petri de Gadaschis, Archipresbiteri Plebis domine Sancte Marie de Soncino, nec non domini Bartholomei de Claraschis, don Zanini de Foliatis, et don. Faustini de Zardinis Canonic. dicte Plebis, juxta relatum mihi factum per Bartolomeum Lazini de Gavatiis, et vidalium Gaijolam mensuratores, qui mensuraverunt et dixerunt se misurasse omnes petias terrarum dictarum Ecclesiarum, et seu Clericat. in bona fide et sine fraude, et que reperta fuerunt ad computum suprascriptum. Et ideo ad confirmationem premissorum me subscripsi, signumque meum consuetum apposui etc.

Archivio dell'Arciprete della Pieve.

89.

1477, 9 Agosto.

Bolla pontificia, colla quale Sisto IV investe il Soncinate Raimondo Raimondi figlio di Bartolomeo, dell'Arcipresbiterato di S. Maria della Pieve di Soncino.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. — Venerabili fratri Archiepiscopo Januensi, salutem et apostolica benedictionem . . . . arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus . . . . . propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. — Dudum siquidem omnes dignitates in Collegiata Ecclesie S. Marie de Soncino, tunc vacantes et in antea vacaturas collationi et dispositioni nostro reservavimus decernentes ex tunc revocatum et inane . . . . . secus super hiis a quo qua . . . . quavis auctoritate scienter vel . . . . attemptari. — Cum itaque postmodum Archipresbiteratus Ecclesie Beate Marie de Soncino, Plebs nuncupatus, Cremonensis diecesis, qui inibi dignitas principalis existit et quem quondam Petrus de Gadaschis Archipresbiter dum viveret obtinebat per obitum ejusdem Petri, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum vacaverit et vacet ad presens, nullusque de illo preter nos hac vice disponere p . . . . reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos volentes dilectum filium Raijmundum Bartolomei de Raijmundis clericum Cremonensis diecesis, qui ut asserit dilecti filii Johann . . . . Nerei et Achillej presbiteri Cardinalis secretarius et continuus comensalis existit apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum . . . . gratioso ipsumque Raijmundum a quibuscumque excommunicationis suspentionis et interdicti ac aliis Ecclesiasticis sentenciis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione . . . . si quibus quomodolibet innodatas existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes ne non omnia et singula beneficia . . . . ura et sine cura que dictus Raijmundus etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus obtinet et expectat ac iis quibus, et ad que jus sibi quomodolibet competit quecumque quotcumque et . . . . eorumque fructuum red截dituum et proventuum veros valores annuos ac hujusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes fraternitati tue per apostolica scripta . . . . . . si per diligentem examinationem eundem Raymundum ad hoc idoneum esse repereris superquo tuam

conscientiam oneramus Archipresbiteratum predictum cui cura innuet animarum...... non consuevit quis per electionem assumi cujusque fructus redditus et proventus septuaginta ducatorum auri de Camera secundum comunem extimationem valorem annuum ut idem Raijmundus etiam asserit non excedunt sive premissis sive alio quovis modo aut ex alterius cujuscumque persona seu per liberam dicti Petri vel alterius de illo resignationem in eadem Curia vel extra...... coram Notario publico et testibus sponte factam aut Constitutionem felicis recordationis Johannis pp. XXII, predecessoris nostri, que incipit *Execrabilis*, vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collata vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit quod ejus collatio juxta Lateranensis Statuta Concilii ad sedem predictam legitime revoluta, ipseque Archipresbiteratus dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservatus existat super eo quoque inter aliquos lis cujus statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo ejus dispositio ad nos hac vice pertineat cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Raymundo auctoritate nostra conferas et assignes inducens per te vel alium seu alios ipsum Raijmundum, recepto prius ab eo nostro et Romane Ecclesie nomine fidelitatis debite juxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam solito juramento vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Archipresbiteratus juriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, a moto exinde quolibet detentore ac faciens Raijmundum vel pro eo procuratorem predictum ad archipresbiteratum hujusmodi ut est moris admitti sibique de illius fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus universis integre responderi, Contradictores auctoritate nostra apellatione postposita compescendo. Non obstantibus pie memorie Bonifacii pape VIII, etiam predecessoris nostri et aliis Constitutionibus apostolicis nec non dicte Ecclesie etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipsius Ecclesie speciales vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus dictum Raijmundum in assecutione dicti archipresbiteratus voluimus anteferri sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem dignitatum seu beneficiorum aliorum prejuditium generari sensi venerabili fratri nostro Episcopo Cremonensi et dilectis filiis Capitulo dicte Ecclesie

vel quibus..... aliis comuniter vel divisim ab eadem sit sede indultu quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de dignitatibus ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non fatientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel diferri et de qua cujusque toto tenore habenda sit..... nostris litteris mentio specialis, aut si dictus Raijmundus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte Ecclesie solitum juramentum et de modo ut absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad Ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet. — Et in super prout est irritum decernimus et inane si secus super hiis a..... quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est actenus vel impost...... contigerit attemptari.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Quinto idibus augusti, Pontificatus nostri anno sexto

......

G. Pele ...... Expedita pridie Non. decembris.
Act. de Maffeis Palissey anno nono . B. de.....

Archivio dell'Arciprete della Pieve.

90.

1480, 11 Febbrajo.

Bona di Savoja, reggente il ducato di Milano pel minorenne suo figlio Giovanni Galeazzo Sforza, riconosce li antichi privilegii di Soncino, circa l'indipendenza di esso dal Cremonese.

Bona et Jo. Galeaz. Maria Sfortia vicecomes duces Mediol., Papie, Angler. q., comites et Genue et Cremone domini: in causa comparitionis equorum pro taxa deputatorum noviter reformandi in agro Cremonensi auditis in primis oratoribus dilectissime Com.[is] nostre Cremone incontendentibus homines de Soncino una secum comparitione facta terre sue intervenirent ad ratam spectantem

ex equis M.D.CCCXIII. 1813. agro Cremon. Taxatorum acciperent auditis contra Gafarino Barbovo, et Gaspare de Covo nuntiis ipsius Terre Soncini negantibus debere in compartitione hujusmodi cum civitate convenire et qui in ceteris gravaminibus cum civitate non conveniat privilegia insuper Imperialia ab Henrico maximo Roman. Imperatore exibentibus quibus Terram illam cameram esse Imperii asserunt ac deinde alia majorum nostrorum principum Vicecomitum Ill. privilegia quibus apparere dicunt terram ipsam a civitate pro separata haberi neque cum ea in aliquo teneri quamvis Soncinum agri cremonensis sit, cum ita tamen sit ut separatus a civitate et Imperialibus et majorum nostrorum privilegiis appareat, deliberavimus propterea cum participatione maxima Ill. leniri. — Et patruorum nostrorum ac Ill. dni . . . . co. sanguinei et capitanei nostri ac cum deliberatione et consilio ceteror. Consiliarior. noster quod comunitas ipsa Cremonæ ex equis 1813, in agro Cremonens. deputatis compartiantur in agrum reliquum Cremonens. equos 1713, non facta mentione Soncini, nobis autem equos centum reservantur quibus ipsa Communitas cum reliquo ejus agro exoneret, quos quidem centum equos Terre Soncini taxamus et deputamus utpote pro rata ipsorum equorum 1813, universo agro Cremon. deputato hujusmodi presertim deputari esse volumus sup. equos centum istis de Soncino ad nostri beneplacitum et reformationem predict., mandantes omnibus et singulis magistratibus nostris majoribus et minoribus et presertim spectabili Antonio Tassino consiliario et commissario nostro generale super Taxis equorum ceterisque quibus spectat et spectabit quatenus hanc nostram deliberationem in re hujusmodi observent et faciant observari non contravenientes pro quanto gratiam nostram charam habent in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli Impressione muniri. — Dat. Mediolani die undecimo februari 1480. Signata Aloysius, et sigillat. sigillo prefatorum ducum in cera alba more solito.

Archivio del Comune di Soncino. — Privilegi, esenzioni.

91.

1485, 5 Maggio.

Bolla di Innocenzo VIII per l'unione dei tre ospitali di S. Marco, S. Spirito, e Consorzio di S. Maria in Soncino.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Preposito Ecclesie S. Agathe Cremonens salutem

et apostolicam Benedictionem. Adea per que hospitalium aliorumque piorum locorum in pauperum et miserabilium ad illa pro tempore confluentium personarum omnium necessitatibus subvenitur ex in. juncto nobis desuper apostolice virtutis officio libenter intendimus illa que favoribus prosequimur opportunis. Exibita si quidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum hominum et universitatis terre Soncini Cremon. diecesis petitio continebat quod dudum dilectus filius Joannes Andreas Argentinus tunc vicarius in spiritualibus generalis venerab. fratris nostri Jacobi episcopi cremonensis pro inde considerans quod si Sancti Spiritus et Sancti Marci hospitalia ac Consortium d.ne Sancte Marie noncupatum dicte terre ejusdem diecesis que a primeva eorum fundatione per administratorem ad juntum prefate universitatis amovibilem gubernari consueverunt invicem perpetuo unirentur, annectentur, et incorporarentur et ex tunc deinceps per unum rectorem gubernarentur prefecto ex eo hospitalia et consortium predicta melius regerentur ac pauperum et aliarum miserabilium personarum ad ipsa hospitalia pro tempore confluentium necessitatibus commodius et salubrius provideretur habitisque super hoc diversis tractatibus cum capitulo Ecclesie Cremonens. de matura deliberatione ex premissis et nonnullis aliis rationabilibus causis hospitalia et consortium predicta habens ad id ab eodem episcopo specialem ut . . . . . per ejus patentes literas facultatem de expresso consensu dicti capituli invicem perpetuo univit annexuit et incorporavit prout in quodam publico instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte hominum et universitatis terre predicte asserentium quod fructus redditus et proventus hospitalium et consortii predictorum insimul sexaginta florenorum auri de camera secundum communem exstimationem valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum et pro potiori cautela hospitalium et Consortium predictum de novo invicem perpetuo unire, annectare et incorporare, aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur qui de premissis certam notitiam non habemus hujusmodi suplicationibus inclinati omnes et singulos homines predictos a quibuscumque excommunicationis suspensionis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis, sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet et inclinati existant ad effectum dumtaxat presentium consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes ac ultimum hospitalium et consortii predictorum modum vocationis presentibus

pro expresso habentes discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis quorum interest de premissis omnibus et singulis eorumque circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes; et si per informationem hujusmodi ita esse repereris hospitalia et consortium predicta eadem auctoritate nostra invicem perpetuo unias, annectes, et incorpores; ita quod ex tunc per unum rectorem juxta formam constitutionis felicis recordationis Clementes pape V. Predecessoris nostri in concilio Viennensi super hoc editæ regantur et gubernentur cum diocesani loci et cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis, quibuscumque. Aut si aliqui super commissionibus ibi fiendis de hospitalibus et consortio hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum ejus literas impetrarunt etiam si pereas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas et processus habitos per easdem, et inde secutum quecumque ad hospitalia et consortium predicta volumus non extendi sed nullum per hoc eis quod assecutionem hospitalium et consortiorum aliorum prejuditium generari vel quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et literis apostolicis specialibus vel generalibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumcumque totis habenda sit in nostris literis mentio spetialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem et incorporationem predictas si ille vigore presentium effectum sortiuntur hospitalia et consortium predicta debitis non fraudentur obsequiis sed ejus congrue supportentur onera. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super iis a quocumque quavis auctoritate scienter aut ignoranter contigerit attentari.

Dat. Rome apud S. Petrum anno Incarnationis millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, tertio nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

cum sigillo plumbeo pendente.

Archivio Gussalli. — Monum. Soncini, vol. 1, pag. 137 *a tergo.*

92.

1486, 5 Febbrajo.

Provvisioni dell'arciprete Raimondi e del Capitolo, pel miglior servigio della Collegiata di S. Maria della Pieve.

Provisiones pro bono regimine et ornamento Ecclesie Collegiate Plebis S. Marie Soncini.

In Cristi nomine Amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto indictione quinta die quinto Februarii in Soncino in camera cubiculari infrascripta domini Archipresbiteri sita in domibus Ecclesie infrascripte presentibus Ven. d. Presbitero Johanne de Corbera beneficiato in Ecclesia infrascripta. Jo. Luchino .... Laico Mediolanensi, et Jo. Marco de Pavaris Soncinati Laico, Cremonens. diecesis ad laudem et honorem Dei omnipotentis et gloriosissime matris Mariæ Virginis et omnium Sanctorum et utilitatem animarum Cristifidelium et ad ornamentum Ecclesie collegiate plebis S. Marie de Soncino, et pro bono et quiete infrascriptorum dominorum Archipresbiteri et Canonicorum suprascripte Ecclesie.

Ven. et honestus vir d. Raimundus de Raimundis archipresbiter, et presbiter Faustinus de Zardinis et presbiter Jacobus Bernonus, et presbiter Jo. Anton. Caudus omnes sacerdotes et canonici prefate Ecclesie, premisso primo sono campanellæ ut est moris capitulariter congregati in loco suprascripto quem locum comuniter et concorditer nemine discrepante elegerunt pro idoneo et sufficienti loco ad hunc actum et ad omnia infrascripta peragenda et omni meliori modo via, jure et forma quibus magis et melius de jure potuerunt et possunt nullo metu aut errore ducti sed sponte et ex certa scientia devenerunt interse ad compositiones transactiones et ordinationes hujusmodi:

Primo composuerunt transegerunt et ordinaverunt quod omni cura et diligentia divinus cultus custodiatur in dicta Ecclesia et quantum peraliquem ipsorum fieri poterit non desit aliqua res que spectet ad honorem divinum tam in celebrationibus missarum quam aliorum divinorum officiorum, et quod omnibus diebus dominicis et festivis quam ex consuetudine quam jure celebrandis cantetur missa post celebrationem aliarum missarum que erunt in dicta Ecclesia celebrande; cui misse ut premittitur cantandæ semper interfuit prefatus archipresbiter et canonici personaliter si fieri possit: si autem aliqui juxta de causa fuerint impediti tam canonici quam archipresbiter possint stare absentes ita tamen quod loco sui substituant aliquem sufficientem cantantem et saltem in diaconatus ordine constitutum qui substitutus debeat interesse toti missæ a principio usque ad finem inclusive et similiter cantent vesperas in diebus dominicis et festivis predictis per ipsum d. Archipresbiterum et canonicos quibus personaliter vel per substitutum intersint ut de missa dictum est idem intelligatur de completorio quod tempore quadragesimali ex antiqua consuetudine cantatur in eadem ecclesia,

et de matutinis que in nativitatis et resurrectionis Domini nostri Jesu Christi noctibus, et in nocte in qua fit commemoratio mortuorum ex antiqua consuetudine in predicta ecclesia decantantur; quod si dictus d. Archipresbiter vel canonici non adessent misse aut vesperis cantandis neque substituissent loco sui aliquem tunc d. Archipresbiter possit dare suum soldum aliqui qui veniat ad cantandum missam vel vesperas et hoc pro quolibet die et si non inveniet aliquem qui ea die veniat ad cantandum nihilominus ille qui fuerit absens sine substituto mulctetur in dicto soldo equaliter dividendo inter eos de predictis d. archipresbitero et canonicis qui fuerunt presentes: salvo quod si aliqua.... caussa videbitur ita faciendum d. archipresbiter possit in tali mulctando nuper dicto soldo dispensare.

Item composuerunt, transegerunt et ordinaverunt quod in vigiliis festorum solemnium vespere decantentur in eadem ecclesia juxta ordinatio: sicut prefatus d. Archipresbiter ordinabit. Misse autem in dominicis et diebus festivis et quando fiunt officia pro mortuis decantentur hoc modo quod prima septimana incipiat d. Archipresbiter. secundo sequatur Presbiter Faustinus. tertio presbiter Jacobus. Quartus Presbiter Jo. Antonius et qui celebraverit missam etiam cantet vesperas, et pro illa septimana peragat totum officium hebdomadarium, et qui d. canonici predicti aliqua justa causa non potuerunt suam septimanam deservire ita possint substituere aliquem loco sui quemadmodum substituere potest d. Archipresbiter. Ita tamen quod sustituant virum sufficientem et bene moratum et qui videbitur ipso d. Archipresbitero. Hoc tamen acto et expresse declarato quod sit in arbitrio ipsius d. Archipresbiteri cantare missam quotiens ei placuerit et videbitur etiam si non sit sua septimana quemadmodum est de jure et de consuetudine.

Item composuerunt transegerunt et ordinaverunt quod quando d. Archipresbiter voluerit cantare missam solemnem idest cum diacono et subdiacono unus de Canonicis debeat ei assistere et facere diaconi officium atque ne postea de hac ne inter canonicos aliqua contentio oriatur, archipresbitero celebrante ex nunc prudenter declaraverunt quod ille canonicus teneatur facere officium diaconi qui erit hebdomadarius in illa hebdomada que immediate sequetur hebdomade in qua dictus d. Archipresbiter missam ut premittitur voluerit decantare quod si ille qui debebit facere officium diaconi aliquo justo impedimento detentus fuerit possit substituere loco sui aliquem idoneum et sufficientem pro subdiacono vero dicti canonici una cum d. Archipresbitero dent omnem operam quod unus de

capellanis deserviat et si id fieri non poterit de communi pecunia dentur duo soldi alicui qui faciat officium subdiaconatus.

Item quia in Ecclesia sunt duo beneficia clericalia quorum possessores tenentur pulsare campanas tam ad avemariam mane et sero quam ad missas et vesperas et qui tenentur facere hostias pro sacristia et servire missis et intervenire divinis officiis et sequi Parrochianum et ei servire danti quecumque Sacramenta etiam extra Ecclesiam quorum beneficiorum alterum obtinet presbiter Firmus de Ferrabobus alterum Angelus de Covo volentes dicti d. Archipresbiter et Canonici quod Ecclesia habeat sua servitia et in nullo suis servitiis fraudetur composuerunt transegerunt et ordinaverunt quod dicti presbiteri Firmus et Angelus ad omnia predicta et alia quecumque ad que tam de jure quam de consuetudine habentes beneficia clericalia obbligantur sint assidui et personaliter deserviant nisi fuerint justa caussa impediti et tunc possint constituere aliquem clericum sufficientem et bene moratum qui constituendi debent probari judicio totius capituli et caso quo dicti clerici seu alter eorum deesset in aliquo de predictis, tunc dicti d. Archipresbiter et canonici ordinaverunt et sibi invicem et vicissim alter alteri promiserunt et obligaverunt se omni via juris realiter et cum effectu daturos operam quod dicti clerici vel alter eorum veniant ad serviendum neque deserant. Item quod ipsi clerici vel alter eorum deficiens inventus fuerit ad serviendum incipient dicti d. Archipresbiter et Canonici litigare con talibus clericis a prefatis servitiis vel aliquo eorum deficientibus quoties ipsis d. Archipresbitero visum fuerit expedire et expense que fient pro tali lite divideantur in quatuor partes quorum singuli solvent suam quartam partem, et ne interim dum lis durabit suis servitiis Ecclesia defraudetur dicti d. Archipresbiter et canonici omnibus expensis de clericis deficientibus vel altero eorum providebunt.

Item quia sacerdos beneficiatus ad altare S. Hieronimi olim constructum in eadem Ecclesia a bona memoria d. Petri Gadasco tunc dicte Ecclesie Archipresbiteri tenetur ex testamento sive ex institutione altaris ejusdem aut quecumque de causa p.[n] d. Petri interesse missis cantandis et aliis divinis officiis una cum d. Archipresbitero et canonici volentes ne etiam in hoc ecclesia ferat detrimentum composuerunt decreverunt et ordinaverunt omni opere retinere jus quod habent adversus dictum sacerdotem et cujus juris sunt in possessione; et quando ille est vel pro tempore erit beneficiatus ad dictum altare vellet in grave prejuditium dicte ecclesie collegiate et etiam anime sue non adimplere obligationem quam

habet erga dictam ecclesiam tam in missis quotidie celebrandis quam in assistendo et adjuvando dictos d. Archipresbiterum et canonicos in decantatione missarum et aliorum divinorum officiorum tunc ipsi d. Archipresbiter et canonici debeant jiuris remediis illum cogere ad faciendum debitum suum et taliter litem incipiant quoties d. Archipresbitero visum fuerit expediri nec eam deserent quoad d. capellanus realiter et cum effectu reductus fuerit ad servitium cui ex testamento predicto sive institutione altaris sive ex quacumque alia causa obligatur et expensas in tali lite facienda s divident in quatuor equales partes quarum singulas singuli dictorum d. Archipresbiteri et canonic. persolvent.

Item volentes predicti d. Archipresbiter et canonici quod in rebus omnibus divinis cultus augeatur statuerunt et ordinaverunt dare omnibus presbiteris beneficiatis in dicta ecclesia qui . . . . . . interesse missis et aliis divinis officiis que cantabuntur una cum dictis d. Archipr. et canonicis et eos ad cantandum fideliter adjuvare hostias pro suis missis celebrandis et cereos qui accenduntur cum corpus Salvatoris elevatur et etiam clericos qui eos adjuvent et missale et calicem si non habuerint, si autem dicti beneficiati seu aliquis eorum nollet interesse dictis missis et officiis decantandis, et ea adjuvare tunc non liceat alicui dictorum canonicorum neque d. Archipresbitero dare tali renitenti assistentiam suam et auxilium divinorum officiorum aliquod de predictis sine licentia totius capituli; tamen non intelligitur quod detur aliquid capellano predicto S. Hieronimi qui tenetur ad divina officia continua una cum dictis d. Archipresb. et canonicis et etiam tenetur ad quotidie celebrandum sicut supra dictum est.

Atque ut omnes cause discordiarum perpetuo tollantur de medio et primo inter. d. Archipresb. ex una et dominos canonicos ex alia, deinde inter omnes et singulos supradictos generaliter sit perpetua concordia ipse d. Archipresbiter promisit dictis canonicis stipulanti et recipienti cum eisdem perpetuo esse divisurum realiter et fideliter et fideliter partibus equalibus omnes et singulas oblationes et elemosinas que quacumque de causa acceptabunt ad dictam ecclesiam et etiam funeralia que ratione parochie pertinent ad dictum d. Archipresb. et ipsi quoque canonici promiserunt dicto d. Archipresb. stipulanti et recipienti se divisuros cum eo et inter se ipsos equalibus partibus predictas oblationes et elemosinas et etiam funeralia que illis dabunt ad funera euntibus atque ad melius declarandum ita convenerunt etc. omnes elemosine oblationes et funeralia que dabunt tam d. Archipresb. quam canonicis dividentur

in quatuor partes equales quarum una queque dabitur singulis dictorum d. Archipresb. et canonicorum; hoc acto et expresse declarato quod oblationes que dantur in ecclesia vel extra ecclesiam a Christifidelibus eucharistiam vel baptismum seu alia sacramenta sumentibus non dividantur inter canonicos sed sint penitus ipsius d. Archipresb. gerentis curam animarum et oblationes que dantur per sponsam ad missam venientem etiam mulieres que de partu levantur sint predicti d. Archipresb. et ex quacumque alia causa parochiali non excepta superius et excepto quod eleemosina que datur per hieronimum de Cropello et Xstophorum Brochiti presbitero Faustino canonico supradicto sit ipsius presbiteri Faustini.

Item convenerunt transigerunt et ordinaverunt quod omnes expense pro honore vel utilitate ecclesie faciende ut sunt olive incensum et alia omnia fiant....... et partibus equalibus dividendis equaliter inter prefatos d. Archipresb. et canonicos, salvo quod quando mittitur Cremonam ad accipiendum Chrisma vel casus episcopales tunc pro istis duobus rebus tantum mittatur Archipresb. suis expensis propriis quia est curatus et ad illum spectat pactis supra et infra scriptis semper salvis.

Item statuerunt et ordinaverunt quod oblationes et cera que tam funeralibus quam alia quacumque de causa predicta pervenient ad manus dictorum d. Archipresb. ut canonicorum ponantur in sacristia in una capsa que habeat duas claves, quarum clavium unam teneat d. Archipresb. alteram ipsi canonici, et de illa capsa accipiatur omnis cera que fuerit necessaria quacumque de causa in dicta ecclesia tam d. Archipresb. quam canonicis et eorum substitutis.

Item de eadem cera fiant cerei paschales et illa etiam exponatur in expensas comuniter occurrentes quod sufficient et que remanserit p.[a] dividatur.

Item quia servientes altari debent vivere de altari, statuerunt et ordinaverum predict. d. Archipresb. et canonici quod quoties eundum erit per d. Archipresb. ad funera ipsi canonici vel eorum substituti vadant et funera immediate cum eodem Archipresb. neque aliquis de capellanis possit ire sub cruce Ecclesie predicte nisi prius fuerint omnes canonici vel eorum substituti.

Et quia pro amplificando divino cultu deliberaverunt et ordinaverunt dicti d. Archipresbiter et canonici habere si fuerit possibile aliquem Sacerdotem virum bonum qui sciat bene cantare, et qui regat chorum qui eligatur per capitulum nemine discrepante, et dicta ecclesia est pauper neque ipse d. Archipresb. et canonici

habent aliquod in communi quod possint dare dicto sacerdoti cantori statuerunt et decreverunt quod nemo sacerdos sive sit beneficiatus in dicta Ecclesia sive non, possit ire ad funera nisi prius fuerit ille sacerdos qui predictis d. Archipresb. et canonicis pro tempore deputatus fuerit in cantorem et gubernatorem chori dicte ecclesie.

Item dictus d. Archipresb. promisit predictis canonicis et dicti canonici promiserunt pred. d. Archipresbitero alter alteri solemniter stipulanti et recipienti.... si aliquis vel sacerdos vel secularis vellet via juris vel facti aliquod attentare contra aliquam de predictis et infrascriptis ordinationibus tunc omnes unanimiter defendent causam vel comunem vel particularem ex aliqua presentium ordinationum provenientem et facient expensas necessarias equaliter in quatuor partes dividendas.

Item ordinaverunt quod ille qui substituetur per aliquem canonicorum in quibuscumque rebus etiam in sedendo in choro et in processionibus precedat omnes alios beneficiatos in dicta ecclesia ita tamen quod vadat post omnes canonicos.

Ad resistendum hominum malitie que crescit in dies et retinendum quoscumque in suo officio, et ne clerici dicte ecclesie collegiate qui instituti fuerunt a principio pro servitio ecclesie ejusdem et commodo d. Archipresb. et canonicorum sacerdotum predictorum aliquo tempore erigant cornua transigerunt composuerunt et ordinaverunt ne aliquo tempore dicti clerici admittantur in capitulo sicut neque in preterito admissi fuerunt aut detur eis aliquid de honoribus aut emolumentis pervenientibus ad dictum capitulum sicut nec hactenus datum fuit.

Item promiserunt dicti d. Archipresb. et canonici alter alteri et vicissim quod omni via procurabunt quod omnia supra et infrascripta capitula cum effectu comprobentur a superioribus et majoribus prelatis ad hoc potestatem habentibus et ex nunc d. Archipresb. habeat facultatem potestatem et mandatum a prefatis d. canonicis petendi et obtinendi confirmationem predictam a quocumque qui ad hoc habeat potestatem.

Item quod cereus qui datur a consortio Soncini singulis annis dicte ecclesie sit d. Archipresbiteri sicut semper fuit promittentes etc. obligantes et renuntiantes etc. et juraverunt super predictis sub penis et censuris camere apostolice.

exemplar extat in Archivio monasteri
S. Catterine Martiris Soncini.

Archivio Gussalli. — Monum. Soncini. — Vol. 2, fol. 31 *a tergo.*

93.

1490, 29 Aprile.

Privilegio concesso dal duca Gio. Galeazzo Sforza a favore di Tomaso Cropello di Soncino.

Johannes Galeaz. Sfortia Vicecomes dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Janue et Cremone Dominus. Propter benemerita preclarasque virtutes et fidem ac devotionem singularem viri nobilis Thome de Cropello Cancellarii nostri dilecti tam ergo nos quam Ill. Principes nostros progenitores statumque nostrum ipsum ejusque fratres (causa sua) et ipsorum filios et descendentes usque in infinitum pro se ac omnibus proprietatibus et bonis suis que habe- runt et forent ubilibet habituri suisque fictabilibus, massariis, mezadris, colonis et reddituariis quibuscumque ab omnibus et singulis taleis, taxis, impositionibus, carigiis, mutuis subsidiis, contributionibus, angariis perangariis et aliis quibuscumque oneribus extraordinariis quoquo vocabulo nuncupantur tam realibus quam personalibus atque mixtis hactenus impositis et de cetero imponendis tam per nos et cameram nostram quam per Commune Cremone etiam ab imbotaturis lini et feni, daxiis dumtaxat ordinariis exceptis, immunes fecimus protinus et reddidimus exemptos litteris nostris patentibus datis Mediolani die tertia Januarii 1488, signatis Philippus, ac modis et formis de quibus in ipsis litteris nostris continetur, nunc vero uberiori gratia et favoribus nostris amplecti volentes memoratos Thomam et fratres nec non et nepotes suos natos et procreatos ex fratribus eosdemque et quemlibet eorum nec non ipsorum et cujuslibet eorum filios et descendentes, et descendentium descendentes usque in infinitum ex certa nostra scentia motuque proprio et de nostre potestatis plenitudine etiam a datio Pallificature molendinorum civitatis et agri nostri Cremonensis ac modo quo de ceteris oneribus in memoratis literis nostris disponitur immunes cum eorum et cujuslibet ipsorum molendinariis ac molendinis presentibus et futuris liberos protinus et exemptos facimus et constituimus sub hodierna die in antea usque in perpetuum; mandantes magistris intratarum nostrarum ac singulis Locumtenentibus et commissariis, Potestatibus, Refferendariis, capitaneis ceterisque offitialibus nostris ad quos spectat et spectabit in futurum quatenus has nostras immunitatis et exemptionis literas inviolabiliter observent, faciantque ab omnibus firmiter et efficaciter observari.

In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari no-

strique sigilli impressione muniri. Datum Viglevani die 29 mensis aprilis 1490.

Locum impressionis ducalis sigilli.

(*A tergo*) Registrat. in fol. XLVI — firmat. Philippus.

Archivio Gussalli. — Monum. Soncini. Vol. 1, fol. 167.

94.

1492, 22 Luglio.

Il P. Priore del Convento delle Grazie in Milano, autentica la reliquia della S. Spina, da esso donata a Frate Ambrosino de' Tormoli Soncinate, per aver dipinte le vetriate di quel tempio.

Universis Christifidelibus literas presentes inspecturis Fr. Joannes de Mediol. Ord. Pred. Prioris Conventus S. Maria Gratiarum in Suburbio Porte Vercelline Civit. Mediolan. ceterique Fratres ejusdem Conv. Salutem in eo, qui omnium pacem et reconciliationem per aspersionem pretiosissimi sanguinis sui operatus est in medio Terre.

Exsperientia rerum magistra edocti videmus Christifideles ad venerandas sacratissimas Reliquias eo veementius accendi, quo plenius noverint se nullis fraudibus in iis circumveniri. Siquidem non nunquam falsas aut ambiguas venerati, cum se delusos agnoverint, ab impendendo cultu debito rebus sacris abstrahuntur. — Ha igitur ratione permoti cum ad instantiam venerab. Religiosi Fr. Ambrosini de Soncino Conversi ord. Pred. sibi tradiderimus partem cujusdam Sacratissime Spine de pretiosa domini Corona decise ad Conventum Soncinens., transferendam; quo pacto eadem Sacratissima Spina ex vera et indubitata domini Jesu Christi Corona habita sit ad nos fuerit delata paucis aperire optimum judicavimus, qua rei veritate comperta ad debitam reverentiam eidem impendendam omnes Christifideles devotius assurgant. — Anno igitur Dom. millesimo ducentesimo trigesimo nono Sacratissima Corona Spinea, que in die Passionis Christi Redemptoris scelestibus hominibus fuerat imposita, Presidente in Regno Francie Christianiss. ac Sanctissimo Ludovico Rege, annuente Balduino Costantinopol. Imperatore a Costantinop. Parisios est translata, atque ab ipso Rege Ludovico sanctiss. cum multis Episcopis, Principibus, ac Militibus cum infinita etiam populi moltitudine obviam prodeunte, cum summa

humilitate, devotione, et reverentia est recepta, ac in Capella Regia S. Nicolai cum maximo honore, prout tante rei conveniebat, honorificentissime collocata. Servatur autem eadem Sacratissima Corona ad hunc usque diem inter regios thesauros, aliasque Reliquias pretiosissimas. — Post multos vero annos Presidente in ducatu Mediolanens. Illustriss. duce Philippo Maria Vicecomite an. dom. millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, vel circa, missus est ab eodem Principe Orator ad Sereniss. Regem Francorum Magnif. dom. Franceschinus de Rusconibus cum nobili ac decenti Comitatu, ut tantum Principem, tantum que Legatum decebat. — Qui orator ob sua preclara merita Regi acceptus, inter alia quibus a Regia Majestate donatus est munera, etiam ipso cum maxima instantia deprecante, quadam Sacratissima Spina ex pretiosissima dom. nostri Jesu Corona potitus est. Hanc rediens ad propria, veluti pretiosissimum thesaurum, diligentissima et reverentissima custodia servandum curavit. — Fuere huic Magnif. Comiti tres filii, quorum unus dictus est Eleuterius, Comes, doctor, et S. R. Ecclesie Protonotarius. Urgente tandem fato moritur prefatus Magn. Comes Franceschinus, suis filiis relicto pretiosissimo Thesauro Sacratissime Spine dominice. — Post non multos annos, Eleuterius predictos ordinem nostrum ac Religionem ingreditur, ac F. Germanus, mutato nomine vocatur. Hic arbitratus predictam Sacratissimam Spinam, que adhuc penes fratrem suum secularem asservabatur, religiosius ac devotius posse apud Dei servos viros religiosos custodiri, tandem a predicto fratre suo petiit et accepit, moriensque tandem in hoc nostro Conventu S. Marie de Gratiis reliquit; quam nos, veluti equum est, omni reverentia custodimus.

Qum autem vergente anno dom. Millesimo quadringentes. nonagesimo secundo supradictus vir religiosus Fr. Ambrosinus de Soncino, Conversus in hoc nostro Conventu, et in Ecclesia S. Maria de Rosa quam plura vitrearum fenestrarum ornamenta perfecisset, anhelaretque totis precordiis portiumcolam quamdam predicte Sacratissime Spine, non pro sui operis pretio, sed ex sincera devotione accipere, fuissetque a nobis super hac petitione sepe repulsus, ut pote qui indignum arbitrabamur Conventum nostrum tanto spoliare thesauro; tandem ejus pia instante supplicatione et devotione devicti votis ejus obsistere nequivimus. — De consilio igitur omnium Patrum nostri Conventus predictam Sacratissimam Spinam super Patenam reverenter collocantes, audacter quidem, sed religioso affectu adhibito, gladio scindimus portiuncolam requisitam, predicto Fr. Ambrosino tradidimus die vigesimo secundo mensis Julii, idest

in festo S. Marie Magdalene eodem anno scilicet millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo: hac lege dumtaxat ut nullo modo extra Conventus Ord. nostri ipsam in futurum alienaret, sed in aliquo eorundem Conventuum deponeret, in qua posset a Christifidelibus merita devotione venerari. — Hec igitur sunt que vestris caritatibus duximus significanda, quatenus si vos, aut vestri qui piam (*sic*) contingeret eandem Sacratissime Spine particulam intueri, omni dubitationis scrupolo remoto, digna eam veneratione prosequeremini. — In quorum omnium fidem presentes fieri jussimus, et sigilli Rev. nostri Vicarii Generalis appositione muniri. — Datum Mediol. in nostro Conventu S. Marie de Gratiis die 22 Juli, MCCCCLXXXXII.

Archivio della Chiesa di S. Giacomo.

95.

1495, 27 Gennajo.

Lodovico M. Sforza conferma alla Comunità di Soncino i suoi antichi privilegi ed esenzioni.

Dux Mediolani etc. venerunt nuper ad nos prudentes et discreti viri Gaffarinus de Barbobus et Nicolaus de Covo, nuncii sindici et procuratores Car.... Comunitatis nostre Soncini qui postea quam fidelitatis et obedientiæ Juramentum in manibus nostris prestiterunt, confirmari et renovari a nobis ejusdem communitatis nomine supplicarunt privilegia quæ ab. Ill. q. d.nis M.li ducibus antecessoribus nostris ipsi communitati concesse fuerunt. Nos vero petitionem suam honestam judicantes cum non minus communitatem ipsam diligamus quam prenominati Ill. predecessores nostri ob immensam eorum hominum fidem et affectum in hac nova ad hunc mediolanensem ducatum assumptione nobis hostensam, tenore presentium ex certa scientia ac de nostræ potestatis plenitudine omnibusque alias modo via jure causa et forma quibus melius et validius possumus non solum privilegia ipsa ab Ill. predecessoribus nostris Mediolani ducibus Eidem communitati concessa et hactenus observata confirmamus, sed et quantum expediat de novo concedimus volentes ut ab hoc die in posterum privilegia ipsa pariter observetur quemadmodum hactenus observata sunt. Mandantes omnibus et singulis magistratibus officialibus jusdicentibus et subditis nostris: ad quos spectet quat. has nostras firmiter observent et faciant ab omnibus inviolatas observari. In quorum fidei etc. Mediolani die 27 Januarj 1495.

Per Stefanum Gasp. B. Chalcus.

Archivio di S. Fedele. — Registro N. 1, L. 179.

96.

1498.

Brani di corrispondenze e memorie relative alla missione da Lodovico il Moro affidata al soncinate Raimondo de' Raimondi, arciprete della Pieve, presso Enrico VII re d'Inghilterra.

1498. — Frammento di istruzioni date dal duca Lodovico Sforza, a Raimondo di Soncino.

Instructio vener. d. Raymundo de Soncino.

M. Rajmundo: In questa vostra andata al ser.mo S. Re de Ingaltera..... aciò habiasi piena noticia del essere in che se trova le cosse de Italia.... et possiate in nome nostro declararlo alla M.tà sua como farite . . . . dopo haverite satisfacte alla prima visitatione secundo che.... cè parso darvi in scripto particularmento como se trovano . . . .

Et comenzando al principio de Italia dal ser.mo Re Fernando direti che.......... quantunca de noi............... direti che a questi mali disegni de alchuni non mancano..... per obviarli quanto sii possibile et cognoscendo in quanto conquasso et travaglio sono le cosse de Italia, et trovandone el Stato in lo loco chè siamo necessitati stare in casa nostra ben proveduto, et quantunqua le guere sostenute tanto tempo et in lo stato proprio cè abiamo consumpti et exausti . . . . nondimeno se siamo sforzati continuamente stare preparati et per tenere le genti d'arme ben en ordine pagarle bene como havemo facto et facemo tutavia............ et questo direte............ et che al bene et interesse comune de Italia et de la S. Lega mai se trovaremo strachi.......... quanto potevano atingere le forze nostre........... et valerà el studio... et opera là meteremo..... pregando sua . . . .

1498........ (senza data di mese e giorno).

Sumario de litere de Inghilterra (steso dal segretario Calco).

.... Litere de la Maestà regia de 16..... significano el piacere quale ha avuto la Maestà sua in legere le litere dela E. V. et haver.... grata la nominatione de Messer Raimundo a quella.... la quale havendo deliberato de mandar epso M. Raimundo li fa cosa grata, ringratia la E. V. de le offerte quale gli fa et del desiderio de mostra de accrescere l'amicitia quale sono insieme e dice haver olduto quello gli ha dicto Aug.° Spinula, alle litere del quale se rimete . . . .

1498, 27 Agosto. — Lettera di Raimondo di Soncino al duca Lodovico.

Ill. et Excell. Signor mio.

nella, Bert. de Alenis, Bernardus de Zardinis, Mag. Franc. de Foliatis, Mag. Jorius de Guarguantis, Mag. Baptista de la Corna, Fr. Marcus Antonius de Perducho, Dom. Melchior de Cropellis, Venturinus de Calepio, Mag. Leonardus de Vanengo, Mag. Georgius de Guarguantis, Mag. Debulus de Vincentiis, Mag. Joh. Maria de Urgnano, d. Baldessar de Cavallis, Mag. Franc. de Veris, Mag. Pedrinus de Pelizzonis, d. Baptista de Pesentis, Bernardus de Richettis, d. Guglielmus de Armanis, Mag. Franciscus de Bastarius, Mag. Constantius de Amigonis, Mag. Apollonius de Tasonis, Mag. Stephanus de Mediolano, Mag. Andreas de Verris, Franciscus de Barbobus, Mag. Vincentius de Carnesellis, Mag. Venturinus de Cerasiis, d. Jorius de Tonsis; similiter omnes de Soncino, et de universitate hominum terre Soncini sic ut prefertur congregati dicentes et protestantes sese esse plusquam duas partes ex tribus predicte terre Soncini, et seu hominum in ipsa terra habitantium computatis predictis de numero centum Consiliariorum superius descriptorum, et divisim per voces consentientes et ut infra facientes, unanimiter et de pari consensu non revocando per hec aliquem seu aliquos suos nec parte communitatem sindicos vel procuratores hactenus per eos, nec dictum consilium constitutos nec gestos aut factos per eos sed ea et eos pocius confirmando, ratificando, laudando et aprobando fecerunt constituerunt, creaverunt et solemniter ordinaverunt ac faciunt constituunt, creant et solemniter ordinant suum et predicte Communitatis Soncini, verum certum, legitimum et indubitatum sindicum et procuratorem, factorem et negotiorum infrascriptorum gestorem et quidquid melius dici fieri et esse potest, magnificum et generosum dominum Antonium del Mantello, Soncinensem, absentem sed tamquam presentem specialiter et expresse ad se dicto sindicario et procuratorio nomine presentandum coram Serenissimo et Invictissimo Carolo, divina favente Clementia, Romanorum Imperatore semper Augusto, seu Illustrissimo domino domino Antonio Leyva ejus prelibati Serenissimi Imperatoris Locumtenente ac seu coram quocumque seu quobiscumque ad quos presens negotius tangit et pertinet et in ejus seu eorum manibus sub promissione fidelitatis juramentum corporale accipiendum in hunc qui sequitur modum videlicet:

« Che dal giorno di oggi in avanti la predetta Comunità huomini, universitate et particolar persone de Soncino sarano perpetuamente fideli al predetto Sacratissimo Carolo Imperatore de' Romani suo Signore et soi successori nel Sacro Romano Imperio et al Illustrissimo et Excellentissimo Signor Antonio de Leyva suo locotenente et capitano generale et che scientemente nè in Consilio nè in fatto saranno

ne prestaranno ajuto ch'el predetto Sacratissimo Imperatore o a soi successori in persona o nel Stato o nel honore patiscano alcuno danno o injuria et se saprano o intendarano alcune de le predicte cose essere tractato, quanto più presto poterano le manifestarano a sua Excellentia o a sui agenti in el Stato de Milano et essendoli dito alcuna cosa in secreto non la manifestarano senza licentia de Sua Maestà, essendo richiesti prestare consilio lo darano fedelmente, nè mai farano cosa che possa patire danno o injuria a Sua Majestà o soi successori et al predetto Illustrissimo Locotenente ut supra, o a soi officiali o al dominio suo et finalmente faranno tutte quelle cose che sono tenuti fare li fideli subditi verso sua Cesarea Majestà suo signore et soi locotenenti. »

Et tali modo et forma de qua supra jurando sicuti predicti omnes costituentes juraverunt ad Sancta Dei Evangelia in manibus mei notarii infrascripti tamquam publice persone juramentum defferentis ac stipulantis et recipientis nomine et vice predicti serenissimi Imperatoris ac predicti Illustrissimi ejus Locumtenentis ac omnium et singulorum quorum interest intererit aut interesse poterit in futurum et generaliter sub quocumque juramenti vinculo se dicto sindicatorio et procuratorio nomine fidelem constituendo prout et sicut magis expediens et necesse fuerit ac prout predicto Magnifico domino sindico et procuratori magis videbitur et placuerit ac ad alia quecumque facienda que in predictis et circa predicta fuerint necessaria et opportuna et que facti qualitas predicti postulant, exigunt et requirunt, et que predicti mei constituentes ac dictum Generale Consilium, facere possent si omnes presentes essent et si talia forent que mandatum exigerent magis speciale quam presenti instrumento sit expressum, dantes et concedentes predicto Magnifico domino Sindico plenum amplum largum, liberum, generale et spetiale mandatum cum plena, ampla, larga, libera, generali et speciali administratione super premissis et dipendentibus, emergentibus et connexiis ab eisdem promittentesque ac convenientes mihi notario infrascripto uti publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice quorum interest intererit aut interesse potest et poterit, perpetuo firmum ratum et gratum habituros et tenturos omne id et totum et quidquid quod per prefatum magnificum dominum sindicum in predictis et circa predicta actum, factum, dictum et gestum fuerit ac perpetuo predicta omnia et singula attendere et observare et contra non dare, dicere, facere, venire vel operari per se vel alium seu alios aliqua ratione jure modo causa vel ingenio, casu, eventu, loco, tempore vel fortuna prospera vel adversa quovis quesito colore de

jure, nec de facto in judicio vel extra sub pena perjurii et ultra sub obbligatione omnium et singulorum bonorum tam predicte communitatis quam propriorum et e converso mobilium et immobilium presentium et futurorum et relevare volentes predictum Magnificum dom. Sindicum ab omni onere satisdandi, promiserunt et convenerunt mihi notario infrascripto stipulanti ut supra de judicio sisti et judicatos solvendo, de quibus omnibus rogatus fui ego Jacintus Covus publicus Soncini notarius infrascriptus publicum conficere instrumentum unum et plura ad laudes sapientis si opus fuerit.

┼ Ego Jacintus Covus Soncinas notarius publicus, Imperiali auctoritate creatus, predictis omnibus et singulis dum sic per predictos omnes de consilio generali, ac de hominum universitate terre Soncini dicerentur et fierent, Interfui eaque scripsi et publicavi exemplumque hoc ab ejus originali abreviatura extractum aliena manu aliis propeditus negotiis prius tamen auscultatum in fidem et robur signo et nomine meis quibus in subsignandis instrumentis publicis utor rogatus propria subsignavi.

Nos Nicolaus Bartiolus doctor terreque Soncini ejusque Jurisdictionis Imperialis Pretor, attestamur et fidem indubiam facimus qualiter Infrascriptus dominus Jacintus est Notarius publicus bone vocis conditionis et fame, cujus scripturis et instrumentis publicis tam in judicio quam extra plenaria fides adhibetur. In quorum fidem has nostras testimoniales literas fieri jussimus et sigilli Canzellarie nostre impressione muniri. Datum Soncini die vigesimo tertio, mensis Januarii MDXXXVI, ab Incarnatione domini, et indictione nona.

(L. S.) Baptista Rangonus Notarius et canzellarius Mandato subscripsi.

Archivio di S. Fedele. — *Comunità di Soncino.* N. 2, 49.

114.

1536, 3 Novembre.

Diploma dell'Imperatore Carlo V, che investe il Conte Massimiliano Stampa del feudo di Soncino, eretto in Marchesato.

Carolus, divina favente Clementia, Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germanie, Hispaniarum, utriusque Sicilie, Hierusa-

lem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Insularum Balearum, Sardiniæ, Fortunatarum, et Indiarum, ac terræ firmæ, maris oceani, etc., Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantie, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Viertembergiæ etc., Comes Habspurgi, Flandriæ, Tjrolis, Arthesiœ, et Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, et Zuiphaniæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Burgoniæ, et Sacri Romani Imperii, etc., Princeps Sveviæ, etc., Dominus Frjsiæ, Molinæ, Salmarum, Tripolis et Melchinie, etc. Ad futuram rei memoriam, recognoscimus et notum facimus tenore præsentium universis, inter præcipuas imperatoriæ, dignitatis administrationes, adeo insignem sibi locum vendicare videtur remunerandi ratio, ut ea in genere humano utilius in Principe dignius aliud nihil apparere possit quod quidem homines laboris et industriæ inde fructum capiunt hic illum eis præstando gravi animi exemplo convertit cæteros ad suæ liberalitatis, famæque admirationem. Quo fit cum Magnificus noster, et Imperii Sacri fidelis dilectus Comes Maximilianus Stampa Consiliarius noster et Arcis Mediolani Præfectus ex Nobili et antiqua familia, ac nostri et Sacri Romani Imperij studiosissima ducat originem, ipse vero prædecessorum suorum adeo nulli, vel fide, vel studio cedat, ut illorum laudem non modo æquasse verum etiam longo intervallo superasse dignoscatur, opere pretium visum est si eius rei, ac dignitatis promovendæ, exacta a nobis ratio haberetur. Accedunt his rationibus multæ aliæ huius viri inclitæ virtutes, atque animi et corporis dotes, ac merita quam plurima, quæ notiora sunt, quod ut necesse sit referre, quibus quidem meritis, et virtutibus adeo sibi Illustriss., quondam Franciscum Secundum Sfortiam Ducem Mediolani devinxit, ut eius non aliam, quam sui ipsius rationem haberet, et nedum fortunas, et facultates, sed et statum ipsum illi crederet.

Nam præterquam quod cum semper habuit intimum, quod personæ suæ custodem esse voluit, etiam Arci Portæ Jovis Mediolani præfecit, quod sciret custodiam eius Arcis, quæ ut ad summam rerum totuis status non parum momenti, ita plurimum habet periculi, vix ulli alteri rectius posse demandari. Neque fefellit illum Principem sua opinio, servavit enim idem Maximilianus Arcem illam tum in rem prefati quondam Ducis, tum post illius obitum in nostrum obsequium, ea fide, ea integritate, ut cum in præsentiarum eandem in nostram potestatem resignet, noluimus intermittere, quin et optimam, ac propensam nostram, erga se voluntatem, et quanti eius virtutes fidem, atque merita faciamus re ipsa cognoscat; Motu

igitur proprio ex certa nostra scientia non per errorem, aut improvide, sed animo nostro bene deliberato, sano, et maturo, Principum, Comitum, Baronum et Procerum nostrorum, ac Sacri Romani Imperij fidelium dilectorum, accedente Consilio, et Imperiali nostra auctoritate, et de nostræ Imperialis Potestatis plenitudine, tamquam Supremus et immediatus Dominus Mediolani Status et Ducatus; omnibus melioribus modo, via, jure et forma, quibus melius, validius et efficacius possumus et debemus. Donamus, concedimus, et libere elargimur cum titulo, et honore Marchionatus in feudum nobile, antiquum, paternum et avitum præfato Maximiliano pro se filijs, et descendentibus suis, masculis legitimis de legitimo matrimonio lineaque masculina natis, et in deffectum masculorum filiorum ei ex suis hæredibus, quem ipse ad hoc infra annum a data præsentium numerandum eligendum duxerit; Oppidum seu terram Sonzini cum eius destrictu, finibus, limitibus, et territorio meroque, et mixto imperio, gladij potestate, ac omnimoda iurisdictione, alijsque iuribus et pertinentiis suis, quocunque vocabulo et appellatione distinctis, et cum omnibus illis privilegijs, prærogativis, potestatibus, auctoritatibus præeminentijs, libertatibus, immunitatibus, commodis, redditibus et proventibus, cuiuscunque generis et speciei etiam taxis æquorum, et Datio salis, cæterisque omnibus ipsius loci pertinentiis, ac cum separatione, et segregatione a quacunque iurisdictione Civitatum, Dominiorum, et Magistratuum quorumcumque. Quam quidem terram, seu Oppidum Soncini cum iuribus et pertinentiis suis, motu, consilio, scientia, auctoritate, et potestate supradictis, in unum, verum, legitimum Marchionatum, qui Marchionatus Sonzini nominetur, præfatumque Maximilianum Stampam, ac suos hæredes, et successores antedictos, in veros Marchiones erigimus, facimus, creamus et Illustramus, ac Marchiones Illustres dicimus et nominamus, ac ab universis, et singulis cuiuscumque Ordinis, conditionis, status, gradus, præeminentiæ, aut dignitatis fuerint dici, nominari, reputari, et honorari volumus decernentes, et hoc nostro Imperiali firmissimo statuentes edicto, ut post hoc ipse Maximilianus Stampa, eiusque hæredes, et successores supradicti perpetuis, futuris temporibus, omni dignitate, præeminentia, Nobilitate, iure, potestate, libertate, honore, privilegio, Regalibus, et consuetudine, in iudicio et extra, in spiritualibus et temporalibus rebus, statibus, et causis, atque aliter ubique in omnibus actibus, officijs, exercitijs, sessionibus gaudere et frui debeant, quibus alij nostri, et Sacri Imperij, et antiquissimæ Prosapiæ Marchiones Illustres actenus usi sunt, seu quomodolibet potiuntur et gaudent in dandis, et suscipiendis

feudis, et in omnibus alijs Ill. Statum concernentibus de iure, vel consuetudine omni impedimento, contradictioneque: cessante investientes ex nunc præfatum Maximilianum de eodem Marchionatu, et feudo Oppidi Sonzini, una cum titulo, dignitate, honoribus, præeminentijs, exemptionibus, libertatibus, iurisductionibus mero et mixto imperio, alijsque pertinentiis antedictis per expeditionem præsentium, quam Investituram, habere volumus vim, et efficaciem veræ et realis traditionis, et corporalis possessionis, ita quod liceat præfato Maximiliano, eiusque hæredibus et successoribus antedictis, per se se de data, et concessa per præsentes licentia, et potestate, corporalem et vacuam possessionem dicti loci, sive terræ cum iuribus, et pertinentiis, et aliis antedictis intrare, capere, apprendere, et tenere possint, volumusque ut omnia, et singula privilegia, et beneficia habeant, et consequantur, quæ iura communia concedunt illis, qui rem a Principe donatam, vel concessam, et rem propriam Principis, vel tamquam de bonis Cameræ, seu Fisci ex concessione, seu munificentia consequantur, supplentes motu, scientia, auctoritate, et potestate supradictis, omnes deffectus tam iuris, quam facti, et solemnitatum omissiones, si qui, vel si que forte in his intervenissent, aut allegari quovismodo possent; ita quod eamdem efficatiam habeant: ac si deffectus ipsi non contigissent, nec ommissa solemnitas fuisset, etiam si huiusmodi forent, ut de eis mentio expressa, et specialis fieri deberet, Non obstantibus in omnibus et singulis supradictis, quibuscunque legibus, iuribus, constitutionibus, decretis statutis, consuetudinibus, concessionibus, privilegijs ordinibus, provisionibus, et alijs quæ prædictis, vel prædictorum alicui obstarent, vel impedimentum afferrent, seu aliam formam darent, quibus omnibus et singulis etiam si talia forent, de quibus in individuo, fienda esset mentio, ac derogatio specialis ex certa scientia, et de Imperialis potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus, reservata nobis et Imperio, ac successoribus nostris in Ducatu Mediolani Superioritate, et feudali servitio, et cuiuscunque tertij iuribus salvis, mandantes Locumtenenti, seu Gubernatori nostro, ac Præsidi, et Senatui, Magistris Intratarum utriusque Cameræ, Thesaurio Generali, cæterisque Magistratibus, Officialibus, et Jusdicentibus, ac nostris et Imperij Sacri subditis ad quos spectat, seu spectabit, ut has nostras concessionis, donationis, et infeudationis litteras firmiter observent, et faciant ab omnibus observari, et præfatum Maximilianum Marchionem, vel eius legitimum Procuratorem, eius nomine in possessione prædictorum feudi, loci, bonorum, et iniurium ponant, et inducant, positumque, et inductum manuteneant,

et deffendant seque de eodem loco, redditibus, proventibus amplius nostro, et Ducalis Cameræ nomine quoad utile feudale, Dominium non intromittant, sed præfato Marchioni Maximiliano Stampæ, et suis antedictis, seu eorum Officialibus, et Ministris illorum nomine per quos decet, de huiusmodi redditibus, et proventibus faciant responderi Communitatibus vero hominibus, subditis, et singularibus personis dicti loci, et Marchionibus Sonzini, eiusque iurisdictionis, præsentibus et futuris, et alijs ad quos spectat, et spectabit, ut præfatum Illustrem Marchionem eiusque successores antedictos pro suis veris Dominis, admittant eorum mandatis debite pareant, et obediant, ac de intratis, et redditibus antedictis debitis temporibus respondeant, et faciant ab alijs responderi, quatenus gravem nostram indignationem, ac pænam infrascriptam cupiunt evitare, quia enixæ mentis nostræ est præmissa omnia lucem plenum effectum sortiri, et ab omnibus observari debere. Prefatus vero Maximilianus Marchio nobis, et Sacro Imperio ratione supradicti feudi, et Marchionatus in manibus Reverendissimi in Christo Patris Domini Marini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Caraccioli, amici nostri charissimi, et in Statu Mediolani Gubernatoris infra tres menses a data præsentium continue numerandos, eius vero hæredes, et successores, quoties casus postulat debitum fidelitatis iuramentum, prestare teneantur, dolo, et fraude semotis. Nulli ergo omnino hominum liceat nostræ donationis, concessionis, erectionis, infeudationis, decreti, statuti, suppletionis, derogationis, mandati, voluntatis, privilegij, et gratiæ, paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire, aut contra præmissa eorum ne, aliquod facere, venire ne in iudicio, sive extra iudicium quodcunque, si quis autem id attentare præsumpserit, nostram, et Imperij Sacri indignationem gravissimam, ac pænam centum Marcarum auri puri toties quoties contrafactum fuerit, se noverit, irremissibiliter incurrisse, quarum dimidiam Imperiali Fisco, sive ærario nostro, reliquam vero partem præfato Illustri Marchioni Sonzini eiusque hæredibus, et successoribus antedictis decernimus applicari. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptorum, et sigilli nostri appensione munitarum.

Datum in Civitate nostra Imperiali Genua die 3 mensis Novembris, Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo sexto Imperij nostri 17, et Regnorum nostrorum 21.

Carolus

M. Antonius.

Archivio di S. Fedele. — Feudi Camerali. — Soncino.

115.

1543, 21 Giugno.

L'Imperator Carlo V, conferma alla Comunità di Soncino, la diminuzione dalla tassa Cavalli, accordata alla Comunità suddetta dal Marchese del Vasto il 20 Marzo 1542.

Carolus, divina favente Clementia, Rom. Imp. Augustus, ac Rex. etc. Que per officiales et ministros nostros plena potestate susfultos, fidelium nostrorum accedentibus meritis et servitiis, gesta et concessa sunt, et si nulla ratificatione et confirmatione indigeant approbari, ea tamen interdum confirmamus, ut confirmantis syncera benignitas quam apertissime pateat, et reigestæ robur cauthelæ abundantioris accedat, quo fit ut cum pro parte nostrorum et imperii sacri fidelium dilectorum agentium Communitatis Sonzini fuerit nobis expositum Ill. Marchionem Vastiaymonis Gubernatorem generalem nostrum in Statu Mediolani, suo cum opportuno privilegio causis et rationibus in eo expressis decrevisse et ordinasse dictam Com. seu et homines Sonzini, Illorumque territorium et bona a solutione taxæ quinqueginta equorum ex equis centum Taxæ ipsi oppido taxatis liberos et æxemptos esse, et ad illorum prestationem non teneri, quod est tenoris sequentis.

— Alphonsus de Avalos etc. Segue il tenore del decreto del Marchese del Vasto in data 20 Marzo 1542.

Supplicatumque humillime quatenus dictum privilegium, omniaque et singula in eo contenta dicte communitati et hominibus Soncini presentibus et futuris laudare, approbare et confirmare, et quatenus opus sit.... eque principaliter concedere ex nostra solita benignitate et munificentia dignaremur. — Nos vero qui subditorum nostrorum votis honestis presertim ac rationis consonis annuere cupimus, hujusmodi precibus inclinati, ex certa nostra scientia de que Ces. nostre potestatis plenitudine predictum privilegium dicte Com. et hominibus Sonzini per dictum Ill. March. Vastiaymonis concessum exemptionesque et libertates ac omnia et singula alia in eo contenta, in omnibus suis punctis clausulis et articulis prout superius descripta sunt, et in eo contenta a prima ejus linea usque ad ultimam laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, eaque

principaliter (quatenus opus sit) de novo concedimus, nostreque hujusmodi laudationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, et nove concessionis muninime et præsidio roboramus. — Decernentes expresse quod presens nostra confirmatio sit et esse debeat dicte Comunitati et hominibus Soncini presentibus et futuris omni futuro tempore stabilis realis, valida et firma, nullumque in Juditiis aut extra sentiat diminutionis objectum, deffectus, incomodum, aut noxe cujuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore et firmitate persistat. — Mandantes insuper predictum Privilegium, et nostram hujusmodi confirmationem, et novam concessionem in omnibus et per omnia firmiter observari. — Non obstantibus quibuscumque nostris tamen et cujuslibet alterius juribus in aliis extra præmissa semper salvis. — Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ ratificationis, approbationis, confirmationis, novæ concessionis, et gratiæ paginam infringere vel impedire, aut ei quovis ausu temerario contraire. — Si quis autem id adtemptare presumpserit nostrum et Imperii Sacri indignationem gravissimam, ac pænam quadraginta marcorum auri puri, toties quoties contrafactum fuerit, se noverit incursurum, quarum medietatem Imperiali fisco, seu erario nostro, residuum vero parti læse, decernimus irremissibiliter applicandum.

Harum testimonium literarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri Cæsarei appensione munit. — Dat. in civitate nostra Imperiali Cremona die 21 mensis Juni Anno a Nativitate Domini 1543. — Imp. nostri vigesimo tertio, et Regnorum nostrorum vigesimo octavo.

Carolus

Ad mandatum Ces. et Cathol. Majest. pr.

Io. Bernburger.

et sigillat. solito Imperial. sigillo pendente.

✝ Ego Io. Jac. Covus Soncinas. Not. Pub. Imperiali etc. sup. priv. Ces. ab ejus aut. aliena manu exemplatum per me cum dicto autent. coll. una cum inf. Rangono, Bobio, Hip. Covo, et Jac. Covo etc. coram Mag. Jur. C. domino Daniele Platto cive Mediol. hon. pretore Soncini, pro Ill. et Excel. d. C. Max. Stampæ Patr. med. Soncini Marc. — In cam. prope studium suum in Pal. Com. Soncini. — Sue residentie die Lune 19 Aprilis 1546. Indic. 4.a

✝ Ego Bapta Rangonus Soncini Not.

✝ Ego Ant. de Bobio Soncini Not.

✝ Ego Jacintus Covus pub. Sonc. Not.

De quibus etc. Nos Daniel de Plattis Mediol. etc.

✝ Ego Hippol. Covus, pub. Sonc. Not.

Archivio del Comune di Soncino. — Esenzioni. — Privilegi.

116.

1543, 21 Giugno.

Carlo V, riconosce con diploma i privilegi concessi a Soncino da Enrico VII di Lucemburgo.

Confirmatio privilegi Henrici Romanorum Regis concessi universitati et hominibus Soncini.

Carolus Quintus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germanie, Hispaniarum, utriusque Sicilie, Hierusalem, Ungarie, Dalmatie, Croatie, Insularum Balearium, Sardinie, Fortunatarum, Indiarum, ac Terre Firme Maris oceani etc. Archidux Austrie, Dux Burgundie, Loterici, Brabantie, Limburgie, Lucimburgie, Gheldrie, Wirtemburgie etc. Comes Habspurgi, Flandrie, Tirolis, Arthesie et Burgundie, Palatinus Hannonie, Holandie, Zenaldie, Ferreti, Riburgi, Namurci et Zuiphanie, Landgravius Alsatie, Marchio Burgonie, et Sacri Romani Imperii ...... Princeps Svevie, dominus Frisie, Moline, Salmatie, Tripolis et Melchinie etc. etc. etc. Recognoscimus et notum facimus tenore presentium universis Imperialem decet Clementiam rationi consonis subditorum precibus begnignas aures prebere, eoque in suis Juribus et Privilegiis conservare Illos presertim quos fide et obsequiis reperiit erga se laudabiles et devotos. — Huic est .... nobis et ex parte nostrorum et Imperii Sacri fidelibus dilectis universitatis et hominum Soncini expositum fuerit quemadmodum dominus Henricus Romanorum Rex predecessor noster Auguste memorie alias de anno domini millesimo tercentesimo undecimo, indictione undecima, die tertio mensis octobris, in suam gratiam et benevolentiam receperit Castrum Soncini et ejus districtum, sub quo erat Plebatus Caltii, cum omnibus hominibus ibidem habitantibus applicando et recipiendo ipsos in Cameram suam Imperii ita quod ad ipsum et Cameram suam Imperii abinde immediate pertinerent, et quod non tenerentur in aliquo alicui .... Communi, universitati, aut singulari persone ratione dominii dominii vel quasi, vel alicujus subjectionis vel submissionis temporalis preterquam ipsi Regi et Imperio Romanorum; et prout publicis documentis nobis exibitis latius de his constat, nobisque propterea humiliter supplicatum fuerit ut dictum Privilegium dni Henrici Romanorum Regis predecessoris nostri ac omnia et singula in eo contenta confirmare, approbare et innovare dignaremur. — Nos

igitur attendentes ejusdem universitatis et hominum preces et erga Serenissimos predecessores nostros, nos et sacrum Romanum Imperium fidem devotionem et obsequia, tenore presentium et ex certa scientia, animo deliberato, et sano accedente consilio et imperiali voluntate nostra, eisdem universitate et hominibus Soncini prenarratum privilegium cujus tenorem hic pro expresso haberi volumus in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, et sententiis prout in ejus possessione seu quasi sunt, confirmamus, approbamus, et innovamus, ac imperiali auctoritate Robore et firmitate munimus, decernentes ipsum Privilegium et in eo contenta perpetuo ratha, valida et firma esse et censeri, et ab omnibus inviolabiliter observari debere, suppletis omni defectui juris et facti si quis in premissis quovis modo...... seu intervenisse dici aut allegari posset legibus statutis, decretis, ordinibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque etiamsi talia forent de quibus in presentibus....... melio necessario facienda esset, quibus omnibus et singulis quatenus obstaret pro ac vice derogamus et derogatus est, volumus nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis approbationis innovationis decreti supplicationis et gratie paginam infringere aut ei quovis ausu temerario contraire si quis autem id attentare presumpserit nostram et Imperii Sacri indignationem gravissimam et penas in prefato Privilegio dni Henrici Romanorum Regis predecessoris nostris, contentas incursurum se noverit Harum testimonio literarum......... subscriptarum, et sigilli nostri Cesarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Cremona, die vigesima prima, mensis Junii, anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Imperii nostri vigesimo tertio, et Regnorum nostrorum vigesimo octavo.

Carolus

Ad mandatum Cesaree et Catholice Majestatis. — Joseph Bernburger.

Archivio del Comune di Soncino. — Esenzioni. — Privilegi.

117.

1550.

Regole e Capitoli del Monte di Pietà di Soncino.

MDL.

Ante omnia per obedire al nostro Signor Gesù Cristo el quale comanda, siccome è scripto da S. Luca al 6 c. — *Mutuum date, nihil*

inde sperantes, et erit merces vestra multa et eritis filii altissimi — se impresterà sopra li pegni sufficienti per spacio d'uno anno, senza alcun premio temporale et pagamento, ma solum per amore di Gesù Cristo, e quando dal patrone del pegno non se potrà scodere passato lo anno, se venderà all'incanto publicamente a chi più li darà, rendendo oltra del capitale al patrone del pegno senza alcuna fraude nè inganno.

Item se farà ogni anno la processione cum la offerta generale la prima domenica de la quaresima, a la quale se invitarano tutti li religiosi e fornita la processione, la offerta se scrivarà in questo libro in presentia di tutti li deputati e simile si farà al tempo del raccolto circa de la questua del grano e del vino e d'ogni altra elemosina o ver......

Item d'anno in anno se scriverà nel presente libro l'accrescimento de la intrata del monte in una over due poste al più, et li massari avranno bona cura et diligentia d'avisare li R. Predicatori che vogliano raccomandare el S. Monte de Pietà al popolo dichiarandogli la utilità spirituale e temporale che ne riportano.

Item che la prima domenica dapoi Pascha li doi Massari congregheranno li soi compagni e li 13 deputati nel Capitolo del Convento de Santo Giacomo, e gli renderanno ben conto della sua amministrazione, e augmento d'esso Monte e fatto questo s'eleggeranno doi altri massari per l'anno seguente assignandoghe ogni cosa d'esso Monte e dandoghe per mano de notare el giuramento de governare e imprestar giustamente et senza exceptione de persona alcuna secondo la possibilità del Monte et così s'eseguirà d'anno in anno a honore et gloria del nostro Signor Gesù Cristo.

Archivio Gussalli. — *Archivio dell'Ospitale di Soncino.* — *Monumenta Soncini.* Vol. I, fol. 131, *a tergo.*

118.

1553, 10 Novembre.

Sovrano rescritto di Carlo V, a Ferrante Gonzaga governatore di Milano, affinchè deleghi due Senatori per esaminare le ragioni dei Soncinesi circa la chiesta disinfeudazione.

Carolus, divina favente Clementia, Romanorum Imperator semper Augustus etc.

Mittimus dilectioni tue, his litteris nostris, inclusum libellum supplicem nobis oblatum ex parte nostrorum et Imperii Sacri fid.

dilect. nostr. subditorum Communitatis et hominum Soncini, ex quo quid dicti homines pro restituendis sibi pristina possessione et privilegiis quibus se superioribus annis per quondam Comitem Maximilianum Stampam, sub pretextu quod oppidum Soncini ei in feudum a nobis concessum fuerit, privatos, et nuper per nob. nostrum, et Imperii Sacri fidel. dilect. Com. Hermetem Stampam prefati Com. Maximiliani fratrem ad submissionem et juramentum fidelitatis prestandum vi compulsos, et coactos esse conquerentur, decerni a nobis petierint, d. T. latius cognoscet, committimus igitur dilectioni tue serio injungentes, ut ex ordine Senatus nostri Mediolani duos Senatores, neutri tamen partium suspectos delegas, eisque nostro nomine, et auctoritate committas, ut partes in omnibus, qua pro defensione jurium suorum hinc inde dicturi, et allegaturi sunt, sufficienter audiant, et processum, usque ad sententiam definitivam exclusive, instruant, quam quidem processum sic instructum, d. T. nobis una cum tuo et prefatorum Senatorum voto, judicioque, primo quoque tempore transmittas, ut visis illis, deliberare et quod convenire videbitur statuere possumus in hoc d. T. rem ex animi nostri sententia jactum est. — Datum in Oppido nostro Bruxellis Barbantie die X mensis Novembris — anno Domini 1553, imperii nostri 34.

Carolus.

Archivio di S. Fedele. — Feudi camerali. — Soncino.

119.

1554, 26 Gennajo.

Ferrante Gonzaga elegge i due Senatori Caimo ed Alì, per l'istruzione della lite dei Soncinesi contro i feudatari.

Ferrando Gonzaga Capitano Generale et Luocotenente della Maesta Cesaria.

Magnifici dilectissimi nobis. Havendoci Sua Maestà ordinato quello che potrette vedere dalla copia delle lettere sue datte in Brusselles alli dieci di novembre prossimo passato, che sarà qui apresso, a supplicatione della Communità et homini di Soncino, et in executione dil detto ordine havendo fatto electione delle persone vostre, vi cometiamo in virtù delle presente habiatte le parte avante di voi, et intendiatte ciò che si vorà dire, et allegare per ciascuna di esse per defensione delle loro raggione, et instructo il processo oppongano sina alla sentenza diffinitiva exclusive, et lo inviarette

insieme col parere vostro conforme al ordine predetto di Sua Maestà.
Iddio vi guardi. Di Casale adì 26 Genaro 1554.

Ferrando Gonzaga.

Vidit. Taberna et Rosonus.

(*A tergo*) — Magnificis Dominis Marco Antonio Caimo et Paulo de Alis Cesarijs Senatoribus nobis dilectis. Sigillat. in cera rubea more solito.

Archivio di S. Fedele. — Feudi Camerali. — Soncino.

120.

1568, 3 Dicembre.

Estratti dei protocolli delle Congreghe dei Reggenti l'Ospitale dei Nobili Barbò.

1568, 3 dicembre......

Nella congrega tenuta in detto giorno dai Reggenti detto Ospedale fra l'altro, venne deliberato quanto segue:

Item a far elemosine a qualunque persona povera della casa de Barbovi de Soncino fino alla somma di soldi 40 imperiali per cadauna persona e per cadauna volta . . . .
. . . .

Inoltre... che se sarà alcuni figlioli della casa di Barbò di bon ingegno quali havessero voluntade de imparar lettere o altra bona arte et non havessero il modo di mantenersi per imparar lettere o altra arte come di sopra, che sia in arbitrio delli prefati signori Sindici di darli o farli dare dal Thesoriero quella tal quantità che all'hora parerà per elemosina...

Item hanno ordinato sia dato per elemosina al detto Alberto libre 7, per farse una cappa.

Item a Cattarina sua sorella per farse una sarza, libre dieci.

Item a Gio. Batta dal q. Octaviano per elemosina per farse una capa libre 6.

Item a Jeronimo so fradelo per vestirlo libre dieci.

Item sia dato alli fradeli de Gio. Angelo Barbò libre 16 de imperiali per pagar la cera et spesa in sepelirlo.

Item hanno ordinato sia dato a M. Gentile Barbò Thesaurario libre duecento de imperiali per la dote et elemosina de Margherita sua filiola quando sarà maritata nel termine che sarà stabilito dai signori Reggenti.

Item hanno ordinato sia fatta la elemosina alle feste della Nati-

vità prossime, secondo il solito et in quella quantità parerà ai signori Sindici.

Item che sia dato a M. Bartolomeo dinari di far uno paro de calcette per uno alli soi figlioli de panno basso libre sei. dico lib. 6.

Item per tanti numerati a M. Gio. Petro Schinchinello per compito pagamento de speciarie e medicinali dati alli poveri di Barbò, libre diciasette et soldi otto . . . .

. . . .

E nella congrega del 17 *Gennajo* 1570. . . . .

. . . Considerante penuriam et calamitatem horum temporum ac scientes entratas hospitalis predicti fore et esse pauperum prosapie et agnationis de Barbobus, idcirco pred. domini Hospitalarii ordinaverunt et ordinant pro subveniendis pauperibus....... et fieri debeat elemosinas de intratis pred. in pred. pauperibus in sum. solid. 40 imper. pro singula bucha bucharum infrascriptarum, omni et singulo mense usque ad diem decimum quintum mensis Juni proximi futuri.

D. Gentili de Barbobus q. d. Vincentii pro tribus buchis Lib. 6
Fratribus q. M. Francisci de Barbobus pro tribus bucis » 6
Catharine et Alberto de Barbobus pro duabus bucis . » 4
Bart. Saviole pro tribus bucis . . . . » 6
Hier. q. d. Ioh. Marci pro una bucha . . . . » 2
Heredibus q. d. Octaviani de Barbobus, pro tribus bucis . » 6
Cristophoro..... pro 5 bucis . . . . » 10
Vincentio Dovino et ejus sorori pro duabus bucis . . » 4
Io. Marie de Barbobus pro 2 bucis . . . . » 4
Jacobo Molitori pro duabus bucis . . . . » 4

. . . .

Archivio Pezzani. — Carte dell'Ospitale dei Nobili Barbò.

121.

1578, E SEGUENTI.

Notariati e legittimazioni concesse dai Cropelli di Soncino in virtù del diploma dell'Imperatore Carlo IV.

✝ Tabellionatus d. Francisci de Cropellis de Antegnate.

Anno 1578, die 7 decembris, in Oppido Soncini etc.

Coram nob. et Egregio d. Petro Cropello de Soncino, fil. mag. d. Alexandri, comite Palatino, a Sereniss. d. d. Carolo IV, divina providentia favente, Romanorum Rege et Imperatore semper Augu-

sto, ut constat per publicum privilegium eidem Petro et antecessoribus et successoribus suis, tamquam ex descendentibus ex linea masculina q. Mag. d. Thome Cropelli primi benefitiati ejusdem privilegi indultum et concessum, datum Mutine anno 1368. Kal. Septembris, et confirmatum per Philippum Hispan. Regem et ducem Mediolani seu ejus excell. Senat. ut constat ex litt. patent. dat. Mediolani 5 Martii 1568.......

D. Franciscum Cropelli fil. d. Antonii publicum et autenticum Notarium creavit......

Rogit. Octavii Covi.

┼ Tabellionatus d. Ioh. Baptiste Bobii fil. d. Antonii.

Anno 1579, 29 Martii in oppido Soncini.

Coram Egregio Comite Petro Cropello de Soncino, fil. mag. d. Alexandri, comite Palatino etc.......

.... Idem d. Petrus fecit, constituit, et autenticum Notarium creavit d. Ioh. Baptistam Bobium fil. d. Antonii. Rogit. Octavii Covi.

┼ Tabellionatus d. Petri Barbovi.

1559, Coram Egregio d. Alexandro Cropelli fil. excell. Phisic. Cristophori vigore privilegi ut supra etc...... d. d. Petrum Barborium notarium et judicem creavit....

┼ Item d. Antonium Boydum de Castellatio, dioc. Alexandrie, notarium et judicem creavit eodem anno.

┼ Anno 1590, 28 Januarii. Dom. Petrus Cropellus Comes....... creavit notarium Bernardinum de Guarguantis.

┼ Notariatus d. Ioh. Ant. de Azzanellis.

Anno 1633. In domo Ill. d. Capitanei Ioh. Baptiste de Barbobus, in quarterio Porte S. Joseph.

Noverint universi et singuli hoc presens instrumentum inspecturis sicuti ibidem Ill. d. d. Franciscus Maria Cropellus fil. q. d. Comitis Caroli, sacri Lateranensis Palatii Comes, Soncinensis, in quem creandorum notariorum et judicum ordinariorum de Cesaree plenitudine potestatis emanavit auctoritas per imperatorium privilegium sibi ab invictissimo et serenissimo duce Carolo IV Rom. Imp. concessum prout constat ex diplomate Cesareo, dato Mutine anno 1368,..... Kal. Septembris, et ejusdem confirmatione facta per Senat. Excell. Mediol. ut ex literis patentibus ejusdem Excell. Senat. Mediol. datis sub die 5 Martis 1568; cupiens sue potestatis gratia in subjectos Sacro Rom. Imperio habiles et idoneos infundere et tabell. et judicum

ordinariorum numero ampliare, inspecta abilitate, et fidei puritate d. Ioh. Ant. Azzanelli fil. d. Stephani, habit. Soncini, coram eo, flexis genibus, constituti, et humiliter et devote postulantis notarii et judicis ordinarii privilegio decorari, omni meliori modo et quibus melius uti Comes Palatinus potuit et potest auctoritate Imperatoria, dictum d. Ioh. Antonium ut supra constitutum et acceptantem, publicum et autenticum notarium seu tabellionem et judicem ordinarium creavit, fecit et constituit; eidemque tabel. seu notariatus et judicis ordinarii offitium et dignitatem concessit etc..... dando et concedendo eidem d. Iohanni auctoritatem ut possit per totum S. R. Imperium et ubique locorum absque impedimento quelibet offitia sua exercere et operata vim suam habeant omnimodam et vigorem.

Rogat. Stephani Cerani.

† Notariatus d. Jeron. Bobii.

Anno 1639. M. R. d. d. Franciscus Maria Cropellus, fil. Comitis Caroli etc., vigore Cesarei privilegi ut supra, d. Jeronimum Bobium fil. I. C. Flaminii publicum et autenticum notarium seu tabellionem creavit etc.

Rog. Stephani Cerani.

Legitimatio Marie Boijde.

Anno 1641.

M. R. d. d. Franciscus Cropelli ex oppido Soncini, habitator Antegnati I. U. d. Presbiter, Sacerdos, Rector et Vicarius perpetuus Ecclesie Parochialis S. Petri loci Abbatie Barbate, Cesareus Comes Palatinus fil nob. d. Caroli, pariter Comitis Palatini.

Vigore privilegii dati sibi ut supra a Carolo IV, legitimandi etiam bastardos manseres notos et alios quoscumque ex illicito et damnato coitu procreatos ad instantiam I. C. Benedicti Boijdi Civis Alexandrie, et de collegio Iurisperitorum illius civitatis, tum vicarii loci Vicomercati, filiam ejus naturalem, nomine Mariam, susceptam ex Margarita de Ferrariis de loco Sartirane, Lumelline, Papie 1626 dum ipso et Margarita essent soluti et nullo matrimonio juncti, eandem filiam annuorum 14 legitimavit etc.

Actum in locutorio RR. Matrum Monasterii S. Pauli, Soncini.

Rog. Stephani Cerani.

Archivio Gussalli. — Archivio Cattaneo. — Monum. Soncini. Vol. I, fol. 121 et seq.

122.

1590, 28 Settembre.

Sovrano rescritto di Filippo II Re di Spagna, indirizzato al duca di Terranuova governator di Milano, affinchè provveda a quanto chiedono i Soncinesi, circa la causa per la loro disinfeudazione.

Don Phelipe por la gracia de Dios Rey de Espana delas dos Sicilias, de Hierusalem, duque de Milan etc.

Ill. duque primo nostro governator y capitan general.

Por parte de la Comunità de Soncino me hasido presentado un memorial del tenor siguiente: « — Sig.re 1. — Tiene V. M. nello Stato di Milano fra l'altre la Terra de Soncino la quale di quanta importanza sia sempre stata tra gli altri, molto bene la conobbe Henrico Re dei Romani, il quale fino dall'anno 1311. a' 3 di ottobre si compiacque di accettare gli homini di detto luoco per suoi, obbligandosi a difenderli, et tenerli loro protectione in ogni occasione che li fosse occorsa, et di più li fece un privilegio che nè a persona particolare ne a niun altro dominio potessero essere soggetti fuora che al Imperio et questo privilegio vi fu confirmato dall'invittissimo Carlo Quinto sino all'anno 1543 a 21 de Giugno con una specificatione particolare che anchorchè lo Stato de Milano havesse sotto sua giurisdizione il detto luogo de Soncino, non dimeno che non si potesse infeudare in nessun modo, ma che havesse ad essere sottoposto al detto Stato immediatamente, come chiaramente si può vedere nel detto privilegio, et perchè il Conte Massimiliano Stampa pretendeva ch'el detto luogo li fosse stato dato in feudo dal detto Carlo Quinto il quale non era avvisato della concessione del detto privilegio, et delle altre loro ragioni, come si tiene per certo che s'el detto Carlo Quinto fosse stato avvisato del detto privilegio non haverebbe fatto tal concessione et de più pretendendone ancora gli detti huomini che per molte ragioni il giuramento de fideltà che si fece in mano del detto Conte non fosse valido perchè non fu fatto dalli Capi delle case con le debite solemnità, morse il detto Conte Massimiliano dopo de diciotto anni de possessione et successe il Conte Ermes suo fratello nel detto feudo per la medesima strada anchorchè li huomini di detto luogo non lasciassero di fare le sue proteste

et volendo pur gli Agenti di questa Comunità procurar di liberar il detto luogo havendo prima visto quanto ben fondate fossero le loro ragioni, diedero un memoriale alla Maestà di Carlo Quinto, sopra il quale piacque alla detta Maestà ordinare al Governatore che all'ora era dello Stato di Milano, che eleggendo due Senatori confidenti delle parti che li comandasse in nome suo che sentendo le ragioni dell'una e dell'altra parte cioè del Conte et degli homini de Soncino, formassero il processo sino alla sentenza definitiva, et insieme con il parere del Senato lo mandassero alla Corte a fine che essa Maestà potesse terminare conforme le fosse parso di ragione. — In executione del detto ordine fu fatta electione dei Senatori Paolo Alì, et Marchantonio Chaimo, avanti de' quali furono fatti atti molti et prove in questo negotio, et perchè questi due Senatori morsero, il negotio è restato così imperfetto sinora et di questa imperfetione ne hebbe la colpa il detto Conte Ermes il quale con minaccie haveva in maniera spaventato gli detti homini che nessuno ardiva più seguitar la detta lite. — Morse il Conte Ermes et successe in luogo suo il Conte Massimiliano suo figliolo, il quale ogni giorno va innovando et facendo mille estorsioni a questi poveri homini. — Per il chè vedendo hora finalmente che ogni cosa va di mal in peggio et chel detto Conte Massimiliano non procura altro che ruinar a questa povera Comunità, la quale già non può più difendere nè le cose pubbliche nè le private come ne può far fede Bernardino Quartirone et Pietro Francesco Azzanello, due dei Decurioni di detto luogo, li quali essendosi radunati insieme col Podestà ed alcuni altri nel palazzo pubblico per trattar di quello loro occorreva per benefizio di essa Comunità il detto Conte Massimiliano armata mano con molti altri entrò in Palazzo et preso il detto Quartirone ed Azanello li fece mettere nelle sue prigioni et lamentandesi il Quartirone di tal ingiustizia, dimandando al Conte perchè causa et con che autorità li havesse fatti prendere, egli sfodrando la spada minacciandoli li disse molte parole ingiuriose, et quello che è peggio si servì del favore del fiscale il quale poco prima stava preso nel S. Offitio di Cremona per eretico, dove abjurò. — Nè mi pare che si habbia di tacere et havendo sino dell'anno 1585, li detti homini avisato il Presidente del Senato di Milano, di queste et di molte altre simili ingiustizie, et lamentatosi gravemente del detto Conte, il detto Presidente giuntamente con tutto il Senato li comandarono espressamente che guardasse per lo advenire a non impicciarsi di molte cose che a lui non appartenevano, ma facendo poco conto et stima di quanto gli ha comandato

il Senato fa quello che li dà gusto anchora contra li ordini. — Per il che desiderando pur la detta Comunità d'uscire una volta di travagli, et de vivere immediatamente sotto la protectione de V. M. liberandosi de feudatarii, humilmente ricorrono da quella, supplicandola che attese le cose già dette sia servita a comandare al governatore overo al senato di Milano che facia electione de due Senatori in luogo del già Alì et Chaimo, i quali pigliando tutto quello che per il passato s'ha fatto in questa causa attendino con ogni diligenza a questo negotio et quanto prima procurando di fare quello che lasciarono di fare i delegati in questa causa, mandino la relatione definitiva col voto del detto Senato per essere giusto si spera etc. ». — Y porque por la antiquedad deste particular conviene que aqui se tenga del masentera noticia: porende os encargo y mando q. communicando lo contenido e nel inserto memorial con el Senado y enterado del origen y progreso desta causa, y de los agravios de que los suplicantes sequexan me aviseis de loque se hallare con vr̃o parescer, para que entendido lo uno y los otro se provea como mas convenga. Dat. en el Pardo a XXVIII de Noviembre MDXC.

Yo el Rey

V.t Comes — V.t Leon R.
V.t Saladinus R. — Cajas. IG. — V. Ponsonus R.
V.t Cadena R. — V.t Salazar R.

In Provis. Mediolani
XXVIII. fol.° CXXXII

A tergo — al' Ill.e Duque de Terranova primo nostro Governador y Capitan general nel nostro Estado de Milan.

Archivio del Comune di Soncino. — Autografi.

123.

1601, 13 Giugno.

Diploma di Rodolfo II che conferisce la Nobiltà del S. R. Impero a Giovanni Maria, Stefano Federico e Carlo, fratelli Azzanelli, e loro discendenti.

Rudolphus secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus et Germanie Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Sclavonie, etc. Rex, Archidux Austrie, dux Bur-

gundie, Brabantie, Stirie, Carintie, Carniole, Marchio Moravie, dux Lucemburgie et superioris et inferioris Silesie Virtemberge etc. Teke princeps Svevie, Comes Apsburgi, Tirolis, Feretis Kiburgi et Goritie, Landgravius Alzatie, Marchio Sacri Romani Imperii Burgovie ac superioris et inferioris Lusatie, dominus Marchie Slavonice, portus Naonis etc. Salinarum etc. Fidelibus nobis dilectis Iohanni Marie, Stefano Friderico et Carolo FF. de Azzanellis, gratiam nostram Cesaream et omne bonum.

» Gian Battista Cropello, luogotenente.

. . . .

1726 Gerolamo Grassi, pretore feudale.

. . . .

1732 Giuseppe Cerri, da Vailate, pretore feudale.
1738 Francesco Maria Cornaleti, id.
1742 Giuseppe Cerri, id.
1748 Carlo Felice Boschetti, da Soresina, pretore feudale.
1750 Francesco Cucchi, id.
1759 Aloisio Canzoli da Treviglio, id.
1765 Gerolamo Cerri, da Vailate, id.
1771 Carlo Fornari, da Varese, id.
» Carlo Antonio Della Volta, luogotenente criminale.
1772 Gerolamo Cerri, pretore feudale, risiede in Caravaggio.
» Giuseppe Scala Malugano, luogotenente in Soncino.
1775 Carlo Angelerio Cropello, luogotenente pel pretore che risiede in Caravaggio.
1777 Giovanni Risi, regio pretore in Fontanella. — Fu eletto pretor feudale di Soncino nel gennajo 1777. — Continua la residenza in Fontanella.
1780 Carlo Angelerio, Cropello, pretore feudale.
1783 Luigi Carozzi, id.
1786 Don Cesare Pezzani — dottor collegiato, id.

. . . .

1794 Carlo Giovanni Pogliani, pretore feudale, l'apello lo confermò con decreto 27 marzo 1794. — Durò in carica sino al finire del luglio 1796. — È l'ultimo pretore feudale.

1796 Gio. Battista Sacco, pretore. — Fu mandato dal Governo Repubblicano a Soncino in agosto, ma richiamato nel successivo settembre per abuso di potere.
» Novembre. Camillo Molinari, pretore. — Tenne l'ufficio anche durante i tredici mesi. — Nell'agosto del 1800, al ritorno dei Francesi, fu rimosso, perchè nel tempo dell'occupazione austriaca, erasi illecitamente attribuita la qualifica di pretor feudale.
1798 Antonio Gussalli, luogotenente.
1799 Lodovico Capretti, id.
1800 Agosto. Soncino e suo distretto, entrano a far parte della giurisdizione della pretura di Pizzighettone.
1801 Marzo. Il territorio di Soncino, viene addetto alla pretura di Fontanella, fino alla istituzione dei giudici di pace, de' quali uno viene destinato a Soncino.
.. Don Cesare Pezzani, dottor Collegiato, gudice di pace.

. . . .

1818 Giugno. Colla attivazione delle imperiali regie preture, Soncino viene compreso nella giurisdizione di quella di Soresina.
1862. Giugno. Istituzione della regia pretura in luogo.
» Luglio 1. Salvini nob. dott. Enrico, da Asola, regio pretore.
1863 Settembre 17 Romeri dott. Angelo, da Villa d'Almè (Bergamo) id.
1865 Giugno 19. Gatti dott. Gustavo, da Barbariga (Brescia), id.
» Novembre 12. Del duca dott. Faustino, da Lodi, id.
1867 Marzo 19. Borromeo dott. Gius. da Milano, regio pretore attuale.

Notai Soncinesi.

Il millesimo preposto al nome di ciascuno, accenna la data di taluno degli atti da esso rogati.

. . . .
950. Roberto de Clavicola (Cronica del Baris, e Biograf. del Ceruti).
. . . .
1098 Giovanni...
1122 Gulielmo...
1170 Barisalt...
1200 Bertramo Covo.
1200 Pietro Garbagnato
12.. Grumello da Cenate.
1205 Dulcino....
1208 Manfredo....
1219 Marco Barbò.
1224 Giacomo Gatto.
1226 Marchinaldo Legla.
1228 Lantelmo Barbò.
» Gherardo Caracciolo.
1233 1264 Manfredo di S. Bassano.
1264 Jacopo Cropello.
» Rodolfo degli Audracchi.
» Rodolfo da Cenate.
1284 Giovanni da Bellesio.
1290 Zanino Viola, seniore.
1295 Adamo degli Andracchi.
1296 Bertramo Cropello.
1299 Gasparino de' Bianchi.
» Bertolino de' Bianchi.
1299 Petrino de' Bianchi, seniore.
1306 Bazone Cropello.
1311 1313 Bonomino de' Sabli.
» Rodolfino Covo.
» 1328 Pecino de' Sabli.
1328 Meliolo de' Melii.
1330 Gian Domenico de la Lama.
1330 Tomaso Fondulo.
1340 Gratiolo de Baris.
1341 Gulielmo de Lanzoni.
1343 1366 Pecino de' Zanabelli, detto Rozone.
» Giovanni Baris.
1344 Zanino Viola, juniore.
1346 Giovanni de Gazi.
» Giovannino Barbò.
1348 Bertolino de Claris.
1349 Giliolo de' Melii.
» 1364 Bonomo Orlendi.
1350 Giovannino Coduro.
» Giovanni Pavaro.
1351 Antonio Viola.
1362 Pecino de' Gaibeni.
» Domenico de' Gambacci.
» Ghidino de' Melii.
1364 Giovanni de Chizottis.
1365 Gaffarino de' Maineri.
1371 Costanzo Coduro.

1389 Francesco de Scanci.
» Maffeo Moro.
» 1403 Bartolomeo Volpi.
» Pecino de' Bianchi.
1390 Giovanni Covo.
1391 Tomaso Covo, notaro colleg.
1394 Avezzo Zolo.
1395 Gio. Grumello, rettore di S. Giacomo.
1398 1409 Giovanni de' Civedate.
1399 Pietro de' Fonduli.
» Stefano Coduro.
» Nicola Cauccio.
» Jacopo Scanalupo.
1400 1404 Petrino de' Bianchi, juniore.
» Pietro de' Volpi, seniore.
1401 1409 Bazone Covo.
1403 Jacopo Fondulo.
1411 1417 Manuele Cavazzo.
1412 1419 Cristoforo Cavalli.
1415 Masnerio Covo.
» Giacomo Grumello, seniore.
1423 Giovanni de Barsizia.
» Gio. Covo, fu Tomaso.
1425 1431 Ubertino Chierasco.
1428 Gio Covo, fu Giacomo.
1429 1451 Martino de' Biffi.
» Giovanni Caucci.
1430 Onorio Rescazzi.
1434 Cristoforo Coduro.
1440 Lazzaro Cropello.
1442 Pietro Martire de' Savioni.
1449 Pietro de' Volpi, juniore.
» Jacopo Caucci.

Collegio de' Notaj, costituito nel 1452.

1451 1453 Lorenzo Cavalli.
1453 1482 Oreghino Cropello
1455 1483 Gian Ventura Covo.
1456 1476 Gabriele Cropello, q. Bartolomeo.
» Pietro Cropello.
1458 1487 Nicola Cropello.
1467 1483 Paolo Cavalli.
» Gio. Battista Covo.
1468 Pietro Nicola Covo.
1471 1487 Giacomo Grumello.
1472 Giorgio Cropello, seniore.
1474 Giovanni Zardino.
» 1517 Jacopo Covo.
1476 1482 Evangelista Cropello, q. Gabriele.
1483 1495 Lazaro de Ducibus, seniore.
» 1493 Bencino Armanni.
» Paolo Cropello.
1484 Gian Andrea Covo.
1484 Gio. Antonio Covo.
» Giorgio Covo.
1487 Bertramo Urgnani.
1488 1494 Silvestro Cropello.
» 1514 Stefano Grumello.
1500 Lancilotto Barbò.
1505 1541 Gio. de Moratis, seniore.
1511 Pietro Tosi.
1515 Rizardo Tosi.
» 1532 Bartolomeo Bonetti.
1516 Gian Vincenzo Coletti.
» Antonio Bonetti.
1517 1557 Gian Maria Guarguante.
1518 Gian Battista Bonetti.
1520 1547 Gio. Giacomo Covo seniore.

1524 Giovanni Morone.
1525 1549 Gio. Battista Rangone.
1526 Gian Franco Barbò.
1527 Giacomo Rangone, notaro collegiato di Cremona.
1527 1546 Pietro Maria de' Savioni.
1528 1538 Giacinto Covo.
1538 Giovanni Marco Barbò.
1545 Gian Maria de' Savioni.
1546 1562 Antonio Bobbio.
» 1560 Ippolito Covo.
» 1561 Lazaro de' Ducibus, juniore.
1552 Pietro de' Moratis.
1553 Gian Giacomo Aragusio.
1556 Giacomo Toso.
1559 Pietro Barbò.
1560 Agostino de' Ferrari.
1560 1566 Gian Battista Masano.
1561 Gian Angelo della Chiesa.
1563 Pier Maria Covo.
1575 Gian Giacomo Covo, juniore.
1575 1590 Ottavio Covo.
1577 1624 Giorgio Cropello, juniore
1577 Delio Covo.
1578 1619 Giovanni Guardi.
1579 1602 Gian Battista Bobbio.
1580 Antonio Zaniboni.
» Alessandro Cropello.
» Giacomo Facino.
1582 1605 Gerolamo Barbò.
1585 Tomaso Masano.
1588 Pietro Cropello, q. Alessandro.
1588 1599 Stefano Facino.
1590 Bernardino Guarguante.
1594 1604 Flaminio Bobio.
1595 1600 Gian Battista de Lera.
1602 Giulio Covo.
1603 Tomaso Masano.
1604 Gian Battista Barbò, q. Paolo.
1605 1615 Giulio Rizzio
1606 Giorgio Cropello.
1610 Corniani Marco Antonio.
1611 1626 Vincenzo Chierasco.
1615 Baldassare Crivelli.
1622 1653 Stefano Masano.
1626 1643 Stefano Cerano.
1630 Cesare Foliata.
1633 Ludovico Zucchi.
1633 1648 Francesco Covo.
1636 1670 Bartolomeo Cropello.
1638 1645 Gio. Antonio Azzanello.
1639 1645 Bernardino Tassone
1639 1666 Gerolamo Bobio.
1641 Gio. Battista Locatello.
1643 Vincenzo Schinchinello.
1658 1665 Gio. Paolo Barbò.
1663 1702 Tomaso Volpino, seniore.
1669 1716 Nicolò Albertone.
1676 Gio. Battista Stanga.
1677 Giulio Francesco Albertone.
1701 Bernardino Rossi, canonico.
1707 Jacopo Franc. Guarguanti.
1710 Gian Gerolamo Cattaneo.
1711 1720 Angelerio Cropello q. Antonio.
1718 Antonio Volpino.
» Paolo Mariano Volpino.
» Bonaventura Peseneti.
1726 Antonio Pesenti.
1730 Geromino Cropello.
1733 Cecilio Volpino.
1736 Gio. Giuseppe Minoja.
1738 Paolo Guarguanti.
1745 1763 Gio. Battista Cropello.
1764 Ginseppe Capretti.
1767 Leone Minoja.

1771 Bartolomeo Mariani.
» Carlo Angelerio Cropello.
1775 .... Masano.
1776 Pietro Antonio Zerbi.
1782 1793 Carlo Gius. Capretti.
1797 Giuseppe Galliena.
» Gio. Antonio Salice.
1797 Lodovico Capretti.
» Antonio Gussalli, ultimo Abbate del Collegio de'Notaj Soncinesi.
1840 Lodovico Salice.
1860 Alberto Gambara.

Documenti pervenuti all'autore, mentre questo volume era già in corso di stampa.

134.

1182, 7 Luglio.

Investitura feudale di una pezza di terra in Antegnate, fatta da Guizardo Marchese da Cremona, in Lanfranco Matella Soncinese.

Ex codice Maximo, signat. A N.o 278.

Die mercurii septimo intrante Julii, sub portico illorum de Dovaria presentia quorundam hominum quorum nomina subter leguntur.

Per ligum quod in sua tenebat manu. Dominus Guizardus Marchise investivit honorifice per feudum Lafranchum Matellam loci Suncini, nominatim de pecia una de terra casamentia, quæ jacet in loco Antegnachi et est pertica una sive plus sive minus fuerit inventa infra has coherentias, coheret a mane suprascriptus dominus Marchise, et a meridie et a sero et a monte, ita ut suprascriptus Lanfrancus habeat et teneat suprascriptam terram et faciat exinde cum suis heredibus aut cui ipse dederit secundum usum feudi una cum accessione et ingressione seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum, quicquid voluerit sine omni suprascripti domini heredumve ejus contradictione.

Factum est hoc anno millesimo centesimo octuagesimo secundo. Indictione quintadecima.

Signum ✝ manus suprascripti Marchionis qui hoc breve fieri rogavit.

Signum ✝ manum domini Osberti et Domini Envolati parium Curie, et Alberti Nepotis suprascripti Domini Osberti et Bernardini qui fuerunt rogati testes.

Ego Berardus notarius pallatinus rogatus scribere scripsi.

Archiv. segreto. — Cremona. — Copia trasmessami dal dott. Cereda.

135.

1188, 27 Novembre.

Il Podestà di Cremona, accorda l'investitura ai consoli di Castelleone, i di cui abitanti vengono dichiarati liberi come i Soncinesi.

Ex Capsa Castrileonis.
C. 39.

In nomine Domini nostri Yesu Christi Dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem Millesimo centesimo octuagesimo octavo, die dominico quinto kalendas decembris. Regnante domino Frederico Romano Imperatore et semper augusto, indictione septima.

Actum in publica Concione Cremonæ, 1188, 5 kalendas decembris.

Cum signo quod in suo tenebat manu dominus Comes Ghirardus Cremonensium potestas, nomine communis Cremone, investivit Maurum de Trigolo, et Ognabenum de Veronensi, et Musum de Marienis, consules loci novi nuper facti a Cremonensibus in Curte Brixianorii, qui locus vocatur Leo de supra Serio, suo nomine, et nomine omnium aliorum hominum, qui iam in dicto loco qui vocatur Leo de supra Serio, venerunt habitare et iuraverunt fidelitatem civitati Cremone et ipsi loco. Nominatim de Sedimibus que habent habiturive sunt in iam dicto loco, tam ipsi quem qui illuc habitare venturi sunt, et qui fidelitatem iam dicti civitati et memorato loco fecerunt. Ita quod ab illa die in antea prenominati Consules, atque omnes illi nomine quorum prefata investitura facta est, presertim qui in memorato loco habitare venerint, et predicte civitati et ipsi loco fidelitatem fecerint, et cuiuscumque eorum heredes, et cui ipsi aut aliquis eorum daret, habeat et teneat suprascripta Sedimina, quisque pro sua portione et edificet in eis et faciant de eis qualiter prelegitur in integrum quicquid voluerint, sine omni predicte Potestatis et communis Cremone suorumque successorum contradictione. Ea quippe lege inserta ut quicumque de casamentis memorati loci habuerunt aut adquisierunt vel qualitercumque ad aliquem eorum pervenerint, debent ibi habitare, et prenominate civitati et iam dicto loco fidelitatem facere, hoc utique expressim acto, quod si aliquid occasione prefati loci sive mercati vel portis, aut ripatici, vel molendinorum, vel curature, seu aliqua alia occasione collectum fuerit, id totum in ipso loco permaneat in utilitate ipsius loci. Et similiter

nominatim acto et pacto convento, ut quicumque in iam dicto loco habitaverint et fidelitatem civitati et ipsi loco fecerint perpetuo sint immunes et liberi a prestatione fodri et zovatici et albergariarum et a carataris in civitate et extra civitatem, et ab omnibus angariis et parangariis, tam ipsi quam heredes eorum, et cui darent, et qui ibi habitaverint et predictas ut dictum est fidelitates fecerunt, veluti homines de Soncino, ut preligitur sint immunes et liberi. Deinde promisit predicta Potestas nomine communis Cremone suprascriptis Consulibus suo et predictorum omnium nomine stipulantibus de evictione seu defensione predictorum Sediminum ab omni homine. Et quod omnia ut supra legitur attendet et faciet ibi fieri portas et complere fossata ipsius loci, et effecturas se quod ibi videlicet in iam dicto loco fiet mercatum, et quod Dominus Episcopus et Guarizo de Brixianore in prefata investitura consentiant.

Actum est hoc in publica Concione Cremone parabola Populi feliciter memòrata Potestate assistente.

Signum ✝ pro manu predicte Potestatis qui hanc Cartam ut prelegitur scribi rogavit.

Ibi interfuerunt Ambrosius Oldoinus et Rogerius Biaqua et Albertus de Summa ripa et Ottus Dulzarius et Albertus Oliveri et Bonuminus de Martinatus et Ambrosius Zavaterius et Girardus eius frater et Arlottus de G.la et Pontius tintor et Pontius de Iohanne de Marchise et Terentius de Catenis et Guilielmus de Antiochia et Bocia de Cepis et Otto de Ustiano et Averinus. Et Gaxottus notarii et Lanfrancus de Crescente et Oldefredus de Conrado et multi alii qui fuerunt rogati testes.

Ego Anselmus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Archivio segreto del Comune di Cremona. — Copia avuta dal dottor Cereda.

136.

1189, 4 Settembre.

Il vescovo Siccardo statuisce che il castello di Fornovo debba essere libero come Soncino (*).

Anni Domine Incarnationis mille ducentesimo sexagesimo quarto. Indic. octava, die Jovis sexto mensis novembris. Super palatium

(*) Sotto il N° 10 di questa Raccolta, si trova un estratto di questo documento, communicatomi ora nella sua integrità dal canonico Girondelli.

communis Soncini. In Soncino. In presentia Manfredi de sancto Baxiano et Jacopi de Cropello de Soncino notariorum, nec non in presentia dominorum Machinaldi de leglis. Monati de andrachis. Petri de barbois. Ardrici de Cropello et lanzoneti de lanzonibus omnium de Soncino testium ibi rogatorum. Ego Rodulfus de andrachis notarius sacri pallatii ex licentia mihi concessa et iniuncto mandato seu precepto a domino Ugolino de bassis assessore nobilissimi viri domini. Bossi de dovaria perpetui domini potestatis et rectoris communis Soncini sedente pro tribunali ut deberem autenticare et in publicam formam redigere ad eternam rei memoriam habendam et perpetuo retinendam quoddam instrumentum publicum factum ab Azone imperatoris Frederici notario et subscriptum ab Ottone sacri pallatii notario ibi visum et lectum, tenor cuius talis erat.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo octuagesimo nono, die lune quarto intrante septembre. Indictione septima. Presentia bonorum hominum quorum nomina suptus leguntur. Dominis Sicardus dei gratia Cremonen. comes et ep.us decrevit et constituit edificare castrum et construere in loco seu curte fornovi. Quod quidem castrum comes Ghirardus tunc temporis quando erat potestas civitatis Cremone nomine communis Cremone statuit esse liberum sicut est castrum Soncini sicut continetur in quodam alio publico instrumento ab Anselmo notario scripto. In qua vero constitutione seu decreto concordia et presentia Alberti Basse et Petri Fornovi et Albertoni Arisii et Bonnomi Ricii consulum de Fornovo vice eorum consulum et omnium aliorum hominum qui in jam dicto castro habitaverint et iuraverint fidelitatem cremonensi ep.o et memorato castro et civitati Cremone. Retinuit in se memoratus episcopus, episcopii nomine districtum et honorem plenarie iurisdictionis tocius castri illius et curtis, et banna et exinde dationes et multas et iusticias seu placita videlicet de homicidiis, adhulteriis violentis, furtis, rapinis, periuriis, falsis testimoniis, de pace rupta, fornicatione violenta, de raptu mulierum. Ita ut huiusmodi malefitia per d.num ep.um puniantur et mulctentur. Placita universaliter ordinaria, et appellationes, seu provocationes placitorum per ep.um cognoscantur et decidantur. Curaturas quoque, piscationes, et pascua et similia que integre ad honorem capitis curtis pertinere possent, et pecora, similiter bovum et vacarum et lumbolos porcorum et ficta locorum in foro et sextaria salis et cetera omnia que ad publicam pertinent functionem debeat habere d.us ep.us. Ex quibus omnibus concessit memoratus d.us ep.us iam dictis consulibus vice ipsorum consulum et qui in ipso castro pro tempore consules erunt facere iustitiam

de feritis et asaltibus et placitis hominum volentium litigare sub consulibus prenominati castri salvo eo quod supra legitur de hiis que in se episcopii nomine retinuit d.us ep.us. Et concessit similiter et remisit prefatus d.us ep.us prefatis consulibus guadias de asaltibus et feritis, nisi asalti et ferite fierent quando cremonensis ep.us esset in curte fornovi, aut bariani vel mozanice, et nisi iam fati consules castri minime vellent aut possent inde iusticiam facere, aut homines nollent sub consulibus litigare. Tunc enim predicta omnia scilicet iusticia et placita et guadie de asaltibus et feritis pertineant ad ep.um. Hoc inter memoratum d.um ep.um et prefatos consules nominatim acto quod contractus facti firmi teneantur persolventibus acceptoribus illud quod convenerint et quod ellectio portenarii sit consulum castelanorum in concordia ministerialis episcopi. Investitura et confirmatio et exactio pro investitura sit domini episcopi. Hoc similiter inter iam dictum ep.um et prefatos consules nominatim acto quod non possint elligere nec debeant potestatem ullum. Preterea concessit eis d.us ep.us ut possint roncare commune quod salictum vocatur ad hoc ut ipsi reddant singulis annis per novum tempus episcopo decimam partem de omnibus fructibus quos ibi deus annue dederit. Et designent per se vel sibi heredes aut missum suprascripto domino episcopo aut successori vel misso. Ea lege inserta, quod non sit eis vel alicui eorum licentia alienandi de eo, aut dividendi inter eos nisi ad laborandum neque pignerandi, neque vendendi, aut infeudandi, sed usque ad duodecim annos sint penes commune pro solvendo de fructibus debitum communis. Et post duodecim annos omni tempore remaneat apud commune ad utilitatem prenominati castri seu munitiones faciendas et similia. Hoc nominatim inter predictum dominum episcopum et iam fatos consules acto, quod si aliquis hominum loci fornovi habuerit ad lodium in terra ibi ubi castrum edificatur, dabit illud domino episcopo ad perpetuam et dominus episcopus dabit cambium de foris in arbitrio boni viri. Insuper dabit sedumen unum in feudum in castro in ea quantitate in qua reliquis assignabit. Residuum vero reffutabitur domino episcopo et dominus episcopus dabit ei consultum de eo residuo de foris in arbitrio boni viri, quod quidem consultum tenebit ab episcopo per feudum. Dominus quidem episcopus debet investire de seduminibus, de quibus reddi debet fictum in se et suis heredibus, et cui darent. Reddendo singulis annis episcopo in festo sancti Martini, aut octo diebus ante, vel octo diebus postea ficti nomine de unaquaque tabula ipsius terre per se, vel per suos heredes, aut cui dederint, vel per suum missum suprascripto domino

episcopo, aut eius successori vel misso, aut cui daret duos infortiatos Cremone. Ea quippe lege inserta, quod quandocumque acceptores, aut eorum heredes vel cui dederint, voluerint ius vendere quod ipsi habent in sedumine domino episcopo vel eius successori, vel cui daret debet notificare si accipere voluerint per duodecim inforciatos minus debet dare quam alicui alii homini, et si accipere voluerint domino episcopo habente duodecim inforciatos de venditione parabola domini episcopi interveniente, vendendi alii ibi inhabitanti et faciendi fidelitatem cremonensi episcopo et iam dicto castro et civitati Cremone. Hac similiter lege inserta, quod non liceat alicui altius quindecim brachiis hedificare sine licentia cremonensis episcopi. Et ista lege expressim inserta, quod nullus possit alienare vel alii concedere de predictis seduminibus nisi habitanti ibi et iuranti fidelitatem cremonensi episcopo et iam fato castello et civitati Cremone cc. omnes homines. Hoc similiter inter memoratum dominum episcopum et prenominatos consules nominatim acto, quod nulli elligantur in consules prefati castri seu loci nisi habitaverint in ipso castro et iuraverint fidelitatem cremonensi episcopo et iam dicto castro et civitati Cremone ut supra legitur. Actum est hoc in ecclesia sancti Antonini de fornovo feliciter. Signa : +:+:+:+:+: pro manibus suprascriptorum domini episcopi et Comitis et consulum, qui duo instrumenta in uno tenore scripta scribi rogaverunt ut supra. Ibi interfuerunt Magister Varinus, et Oldefredus advocatus et drusius et Bernardus de Ghiroldis et Ubaldus casalascus et Andreas merescalcus, et Nasus et Vicecomes et Iohannes de prezamie et Girardus Amicotti et Petrus Iohannis boni Girardi et Petrus de vineo et Iohannes bonati et Lanfrancus baldrixii, rogati testes.

:+: Ego Sycardus Dei grazia cremonensis episcopus et Comes hoc decrevi, hoc statui, hoc ut prelegitur rogatum et firmum esse volo per me meosque successores in perpetuum. Et si.

Ego Azo Imperatoris Frederici notarius interfui, et duo instrumenta idem rogatus scripsi.

Ego Otto sacri pallatii notarius huius autenticum vidi et legi.

+ Ego Redulfus de andrachis notarius sacri pallatii ex licentia et precepto suprascripti domini Ugolini de bassis predictum instrumentum vidi et legi, cum infrascriptis Manfredo et Jacopo notariis non canzelatum, nec viciatum in aliqua parte sui, neque abolitum, nec suspectum, sed in prima figura sui, et sicut in illo continebatur nil addens, vel minuens quod sensum mutet, ita rogatus in isto scripsi et autenticavi ad perpetuam memoriam babendam et retinendam.

✝ Ego Jacopus de Cropello notarius a domino henrico rege ex precepto et licentia domini Ugolini de bassis Judicis suprascripti hiis omnibus affui et cum suprascriptis et ibi subscriptis Redulfo et Manfredo notariis prefatum instrumentum scriptum per suprascriptum Azonem notarium vidi et legi, non canzelatum vel abolitum in aliqua parte sui nec viciatum, nec suspectum, sed in prima figura sui, nil additum vel diminutum quod sensum mutet, per suprascriptum Redulfum notarium et sicut in illo continebatur sic et in isto. Et rogatus me subscripsi.

Codice membranaceo del vescovo Siccardo, fol. 220, n. 160 *Copia trasmessami dal chiarissimo canonico Carlo Girondelli cancelliere della Curia vescovile di Cremona.*

137.

1194, 4 Gennajo.

Il conte Alberico di Crema dà promessa di ridurre questa città alla dipendenza di Cremona, sotto le medesime condizioni del Comune libero di Soncino.

Ex capsa Civitatis Cremæ.

H. 96.

Acta subtus castaneis de ripa scortecata, an. 1193, 4 Ianuarii (vel. 1194). Indictione XII.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jeshu Christi. Millesimo centesimo nonagesimo tertio. Indictione duodecima, die martis, quarto intrante Januario. Concordium factum a domino Jacobo de Surdo consule communis Cremone, nomine et vice ipsius communis cum Comite Alberico de Crema tale est videlicet. Quod idem Comes Albricus debet bona fide operam dare pro posse ut commune Creme veniat ad voluntatem et ad precepta communis Cremone sicut est Suncinum, vel quilibet alius locus liber Cremone et si hoc facere non poterit quod bona fide debet operam dare ut hii omnes de Crema quos potuerit veniant ad precepta et voluntatem communis Cremone ad minus dampnum seu dispendium communis Cremone pro ut poterit, et deinceps in perpetuum statum et honorem communis Cremone debet defendere suprascriptus Comes et manutenere nec debet esse in consilio vel facto ut commune Cremone ammittat suum Jus vel suum honorem. et pro posse deinceps dampnum et dedecus omnium inimicorum Cremone et contrarium tractabit et

operabitur idem Comes. Et si scierit aliquam personam que honorem aut Jus Cremone velit diminuere, quod bona fide debet operam dare et vetare ne hoc fiat, et quam citius poterit debet omnem personam que contra hoc fecerit aut facere voluerit Consulibus aut Potestati communis Cremone qui vel que pro tempore fuerit manifestare. Et si qua de facto Creme scit vel scierit que ad utilitatem Cremone pertinent aut pertinebunt ea omnia Consulibus vel Potestati communis Cremone debet patefacere. Item prefatus Comes ab illo die in antea debet ire cum Cremonensibus ubicumque voluerint et si ipsis Cremonensibus placuerit debet eos guidare in eundo et redeundo ac ducere per vias convenientes et magis congruas et idoneas ac tutiores ipsis Cremonensibus et amplius malas et pessimas Cremensibus et omnibus inimicis Cremone Et si aliquid a Consulibus vel Potestate communis Cremone qui nunc sunt aut pro tempore erunt aliquo tempore vel per suos nuntios dictum fuerit ipsi Comiti per Credentiam totum privatum debet tenere. Et quandocumque Consules vel Potestas communis Cremone voluerit suprascriptus Comes debet de Crema exire et cum uxore et filiis ac tota sua familia debet habitare ubicumque Consules seu Potestas communis Cremone voluerit et postquam de Crema exierit debet guerram vivam ad ignem et sanguinem Cremensibus facere et omnibus inimicis Cremone ad voluntatem et preceptum Consulum seu Potestatis Cremone ad maius proficuum et honorem Cremonensium et totius sue partis et ad maius dampnum et dedecus Cremensium et omnium inimicorum Cremone pro ut poterit neque postea pacem vel treguam seu guerram recredutam debet facere cum Cremensibus aut cum aliquo inimicorum Cremone absque parabola Consulum vel Potestatis Cremone data in publica credentia Cremone vel palam in comunione Cremone. Et generaliter omnia precepta que ei Consules seu Potestas Cremone deinceps per se vel per suum nuntium aut per suas litteras sigillatas faciet vel mittet debet attendere et observare nec fraude debet evitare qn. precepta a Consulibus vel Potestate Cremone vel a suis nuntiis aut per suas litteras ei fiant et qn. attendet. Ibique sepedictus Comes Albricus promisit per se et suos heredes usque in perpetuum suprascripto domino Jacobo consuli nomine communis Cremone interroganti quod deinceps omnia predicta et quodlibet predictorum attendet et observabit, et quod faciet heredes suos omnes usque in perpetuum ea omnia attendere et observare. Quod si contra ea aut aliqnod eorum aliquo tempore factum fuerit tunc promisit idem Comes per se et suos heredes suprascripto domino Jacobo nomine communis Cremone suisque suc-

cessoribus dare pene nomine centum viginti libras imperialium hoc acto ut pena tota in unoquoque capitulo comitatur et toties peti possit quoties contra ea aut aliquod eorum factum fuerit, et pena semper voluta omnia predicta firma et illibata permaneant. Ad hec autem omnia firmanda pro suprascriptis omnibus obligationibus sepedictus Comes Albricus obligavit pignori suprascripto domino Jacobo nomine communis Cremone specialiter ususfructus omnes Feudorum suorum et Domos suas omnes quas habet in Castro et spoldo Creme seu extra et Pontem situm supra Serium per medium Cremam et Castrum Offanengi, et totum id quod habet et tenet aut per eum habetur et tenetur seu ante guerram tenebat vel tenebant in loco et pertinentiis Offanenghi et generaliter omnia sua bona presentia et futura et etiam constituit se possessorem de his omnibus nomine communis Cremone. Preterea prefatus Comes ibi iuravit ad sancta Dei evangelia omnia predicta attendere et observare in omnibus et per omnia ut supra dictum et determinatum est. Versa vice pro predictis Consules vel Potestas communis Cremone debent de communi Cremone dare ipsi Comiti Albrico centum viginti libras bonorum infortiatorum infra octo dies postquam predictum Concordium inter Cremonenses et Cremenses factum fuerit. Vel ex quo de Crema propter preceptum Consulum vel Potestatis Cremone exierit et ad eorum voluntatem habitare venerit, aut hoc unto in publico deiectus a Cremensibus de Crema fuerit et ad habitandum venerit ubi Consules vel Potestas communis Cremone voluerint et tunc cum prefato modo propter preceptum Consulum vel Potestatis Cremone aut predicto modo dejectus de Crema exierit et ad voluntatem Consulum seu Potestatis Cremone habitare venerit de communi Cremone debent fieri expense ei et familie sue congrue et necessarie arbitrio cuiusdam amici ipsius Comitis et alterius amici ipsius communis Cremone. Vel annuatim debent ei dari quadraginta libras imperialium de communi Cremone pro expensis ipsi et familie sue annuatim faciendis in arbitrio eorum qui pro tempore communi Cremone preerint donec guerra inter Cremonam et Cremam duraverit. Et si suprascriptus Comes propter guerram perdiderit aliquem equum in servitio communis Cremone, debet ei ipse equus de communi Cremone restitui. Item de communi Cremone debet ei dari habitatio domus convenientis et decentis sibi et familie sue donec guerra inter Cremonam et Cremam duraverit. Et si propter hec idem Comes aliquo tempore ammiserit bona sua commune Cremone debet bona fide operam dare et adiuvare ad ea recuperanda et manutenenda ad commodum et utilitatem ipsius Comitis. Et si commune

Cremone fecerit aliquod Concordium cum Cremensibus postquam idem Comes aliquo predictorum modo de Crema exierit debet prefatum commune ponere sepedictum Comitem in ipso Concordio, neque de guerra sine eo debet exire. Ibique prenominatus dominus Jacobus consul communis Cremone nomine et vice ipsius communis promisit prefato Comiti interroganti omnia predicta attendere et adimplere ipsi Comiti et heredi suo usque in perpetuum. Preterea iam dictus dominus Jacobus iuravit ad sancta Dei evangelia omnia predicta prefato modo attendere, et quod socii sui consules communis Cremone ad hoc faciendum dederit ei parabolam, et postea ei nulla concessione abstulerit et quod faciet ponere in sacramento Consulum vel Potestatis Cremone qui post eum erunt de his omnibus predicto modo attendendis et de destringendis eodem modo alios qui post ipsos Consules vel Potestates Cremone fuerint.

Acta sunt hec subtus castaneis de ripa scortecata.

Ibique interfuerunt Comites Girardus et Wiscardus de Camixano et Iohannes bonus Castanea et Martinus Oldevrandi tunc massarii communis Cremone.

+ — Signa pro sepedictis domino Jacobo et Comite Albrico qui de his cartam fieri et prefatos adesse testes rogaverunt.

Ego Robertus sacri palatii notarius his interfui et hanc cartam rogatu suprascriptorum Jacobi et Comitis Albrici scripsi.

Archivio segreto del comune di Cremona. — Copia trasmessami dal dottor Cereda.

138.

1264, 14 Gennajo.

Delimitazione dei confini tra il contado di Bergamo e quello di Cremona, autenticata con rogito dei notai soncinesi, in Soncino (*).

Ex Capsa civitatis Bergomi.

P.

Actum Suncini, 1263 (seu 1264). 14 Januarii, Indictione VII.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, indictione septima, die lune quartodecimo mensis Januarii, super palatio communis Suncini, in Suncino in presentia Manfredi

(*) Questo documento è in relazione a quello in data 5 settembre 1263 pubblicato in questa raccolta sotto il N.° 25.

de Sancto Baxano, et Orighini de Maxano notariorum, nec non presentia dominorum Marchinaldi de Leglis, Monaci de Andrachis, Petri de Barbois, Andraci de Cropello, Iohannis de Leglis et fratris Petriboni de Colegio Humiliatorum Suncini, omnium de Suncino testium ibi rogatorum.

Ego Redulfus da Andrachis notarius sacri palatii ex licentia michi data et iniuncto precepto a dominis Apollonio de Baraciis et Ugolino de Bassis judicibus pro domino Bosio de Dovaria in Suncino sedentibus pro tribunali ut deberent autenticare et in publicam formam redigere ad eternam rei memoriam habendam et retinendam perpetuo quoddam Instrumentum publicum factum a Bartolomeo de Arnoldo notarium ibi visum et lectum cuius tenor talis erat:

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, indictione sexta, die dominico secundo intrante septembri in contrata ubi dicitur in trasellis prope Castrum Ghetonum in ripa Ollii, presentibus dominis Lanfranco de Azuelis, Oberto de Mozo, Guilielmo de Ghargani, Prohyno de Bonate et Iohanne de Cauresano omnibus de Pergamo, et Iohanne de Odonibus, Guazone de Multis denariis, Jacobo de Dovaria et Albertono Cano omnibus de Cremona, et Monaco et Andracho de Andrachis, Ardrico de Cropello et Marchinaldo de Leglis omnibus de Suncino et multis aliis ibi testibus rogatis.

Domini Girardus de Sesso potestas Pergami, et Bosius de Dovaria arbitri et arbitratores et amicabiles compositores inter commune Cremone et commune Pergami super confinibus et terratoriis utriusque civitatis terminandis et diffiniendis concorditer dixerunt laudaverunt preceperunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt terratorium Cremone et eius districtum extendi debere et esse ab infrascriptis confinibus versus Cremonam et terram Cremone, et terminis positis et designatis, et determinatis per dominos Detesalvum Bottum. Facium inzignerium et Nicolaum de Sistis et Gabrielem de Durno ambaxatores Papie et de eorum consilio et voluntate quos ambaxatores ellegerunt concorditer ad determinandum terminos terratoriorum utriusque civitatis.

In primis positus fuit terminus de voluntate ipsorum arbitrorum secundum consilium ambaxatorum suprascriptorum Papie prope lectulum Serii mortui. Ed deinde inter Ecclesiam Sancte Marie et Sancti Georii de Rumano veteri. Et abinde sicut termini positi et designati sunt per ab uno termino ad alium usque ad terminum

positum prope Viam que est iuxta clausum heredis quondam Ioannis de Uegio et qui terminus positus fuit versus Rumanum non multum longe a dicta via in hunc modum videlicet suprascriptus primus terminus positus fuit in ripa dicti Serii mortui in quodam campo Guillielmi Portalasina de Rumano qui est desupt Ecclesia Sancte Marie de Rumano veteri a meridie et a sero parte ipsius Ecclesie, cui campo coheret a mane Via, a meridie Viazola que vadit ad Montesellum, a sero serium mortuum, a monte heres Hugherini de soldo et distat ipse terminus a dicta Ecclesia septuaginta duos capitios sex brachia pro capitio.

Et deinde secundus terminus positus fuit quadam parva petiola terre Iohannis Rustini de Rumano prope Viam desupt Ecclesia Sancte Marie de Rumano veteri versus meridiem que Via vadit versus meridiem per medium Ecclesiam suprascriptam cui petiole terre coheret a mane Lionettus de Berzio, a meridie Morescus de Trasoldo a sero Via, a monte Via, et distat ipse terminus a dicta Ecclesia quinquaginta quatuor capitia, de sex brachiis procapitio.

Et deinde tertius terminus fuit positus in quodam campo Federici Panismilii de Rumano, ubi dicitur Villa vetera de Rumano. Cui campo coheret a mane et meridie Via, a sero Ioannis Fustini, a monte quidam campus Ecclesie Sancte Marie de Rumano et distat ipse terminus a dicta Ecclesia quinquaginta quinque capitia e sex brachiis pro capitio.

Et deinde quartus terminus fuit positus inter Ecclesiam Sancte Marie et Ecclesiam Sancti Jeorii ubi dicitur Villa vetera in quodam campo Ofredini de Gaia de Rumano in ponta eiusdem campi prope Viam de Sancto Georio cui campo coheret a mane Viazola, et ultra ipsam viazolam Petrus Garavellus a meridie Via, a sero Albertus Ferrarius de Rumano, a monte Albertus de Petrengo, et qui terminus est a sero parte Ecclesie Sancti Georii prope ipsam Ecclesiam per decem et septem capitia sex brachiorum vel in circa.

Et deinde quintus terminus fuit positus in quodam campo Alberti de Petrengo ubi dicitur Villa vetera in orlo Vie per quam itur in bredalitio de super et a mane ipsius Ecclesie Sancti Georii longe ab ipsa Ecelesia quadraginta octo capitia sex brachiis. Cui campo coheret a mane ipsa Via, et a meridie Ofredus de Gaia, a sero Lanfrancus de Rozo de Petrengo de Rumano, a monte Albertus Gualazani.

Et deinde sextus terminus fuit positus ubi dicitur in Braidis in quodam campo Iohannis Ducum longe a suprascripto proximo termino eundo in sursum et versus mane per quinquaginta octo ca-

pitia sex brachiis vel id circa. Cui campo coheret a mane quidam campus Ecclesie de Rumano a meridie Martinus Scarpe in parte, et in parte quidam campus Ecclesie suprascripte et in parte heres Iohannis Scanabeci a monte Advocatus de Preposulo, a sero Via, et distat ipse terminus ab ipsa Via viginti tres capitia sex brachiis vel id circa.

Et deinde septimus terminus fuit positus in quodam campo Ofredini Panismilii. Cui campo coheret a mane Advocatus de Preposulo a meridie Via, a sero Rumaninus de Moreno a monte Girardus Rumani Ducum, et distat a suprascripto proximo termino septuaginta capitia sex brachiis, et a suprascripta Via distat sex capitia.

Et deinde octavus terminus fuit positus in quodam campo Ecclesie Sanctorum Jacobi et Thome de Rumano. Cui campo coheret a mane campus Ecclesie Sancti Laurentii de Covello, a meridie Ottobonus de Goxio de Rumano, a sero Bertraminus filius quondam Mutti de Luxana de Rumano, a monte Strata de Grumono, et distat ipse terminus a suprascripto proximo termino quadraginta septem capitia sex brachiis, et distat ipse terminus a ripa Sariole de Covello triginta capitia sex brachiis.

Et deinde nonus terminus fuit positus in quodam campo Lanfranci Fugacie de Rumano in ripa fossati Strate de Grumono. Cui campo coheret a mane Seriola de Covello a meridie Ecclesia Sancti Laurentii de Covello in parte, et in parte Rumaninus de Moreno et a monte Strata de Grumono a sero Ecclesia de Rumano. Et distat a suprascripto proximo termino quadraginta septem capitia et dimidium sex brachiis et a dicta Seriola octo capitia sex brachiis.

Et deinde decimus terminus fuit positus in quodam campo communis Pergami qui fuit Comitis Manfredi de Curtenova. Cui campo coheret a mane Via vetera, que venit a Covello ad Curtenovam a meridie Via que venit a Rumano ad Covellum, a sero suprascripta Seriola, a monte terre dicti communis Pergami que fuerit Comitum de Curtenova et distat idem terminus a suprascripto proximo termino quadraginta unum capitia sex brachiis, et a suprascripta Seriola distat novem capitia sex brachiis.

Et deinde undecimus terminus fuit positus et est in eodem campo a monte suprascripti proximi termini, et distat a suprascripto proximo termino triginta quatuor capitia sex brachiis, et a suprascripta Seriola que est a sero parte eiusdem termini distat viginti quatuor capitia sex brachiis.

Et deinde duodecimus terminus fuit positus prope Viam que est juxta clausum heredis quondam Iohannis de Vegio versus Rumanum,

et de quo termino supra fuit mentio, et fuit positus a monte partibus suprascripti campi communis Pergami ubi dicitur in Casina in ripam Vie de Covello que venit ad Cortenovam, qui terminus distat a suprascripto proximo termino quadraginta capitia sex brachiis: Et distat desuper a suprascripta Via de Covello que venit ad Curtemnovam duos capitia sex brachiis vel id circa, et qui terminus distat a cantono superiori clausi heredis Iohannis de Vegio viginti duos capitios sex brachiis, et distat viginti capitia sex brachiis a volta vie ubi dicitur Via de Brugneto a via de Covello que venit ad Cortemnovam et que volta est prope suprascriptum Cantonum clausi heredis Iohannis de Vegio, et qui terminus est a mane parte et suprascripte Seriole de Covello et distat a suprascipta Seriola quinquaginta capitia sex brachiis.

Item et sicut vadit ipsa Via usque ad Sanctam Mariam de Campanea et ab ipsa Ecclesia usque in Ollium per longitudinem et rectitudinem remanente ipsa Ecclesia versus terratorium Cremone, et fuit positus tertiusdecimus terminus in dicta Via ad voltam ipsius Vie que est in angulo clausi heredis quondam Iohannis de Vegio, a sero et a monte ipsius clausi, et distat a suprascripto proximo termino viginti capitia sex brachiis.

Et deinde quartusdecimus terminus fuit positus ab utraque parte Vie predicte ad voltam predicte Vie eundo versus mane que est per medium campum heredis Iohannis de Vegio, et que Via vadit de super a monte suprascripti clausi et terre, et prope suprascriptum clausum et terram dicti heredis.

Et deinde quintusdecimus terminus fuit positus ab utraque parte dicte terre ad voltam Zapelli Seriole que appellatur Sariola Comitum de Curtenova eundo per ipsam Viam versus mane sicut ipsa Via vadit.

Et deinde sextusdecimus terminus fuit positus ab utraque parte ipsius Vie eundo versus mane super Zapello Cirche de Cortenova ubi incipitur contrata de Brugneto.

Et deinde decimus septimus terminus fuit positus ab utraque parte ipsius Vie eundo versus mane ad voltam ipsius Vie que est a sero parte campi Bertramini Ysse qui fuit illorum de Carpionibus in contrata ubi dicitur Brugnetum.

Et deinde fuit positus decimus octavus terminus ab utraque parte ipsius Vie ibi prope in dicta contrata non multum longe a suprascripto proximo termino ad voltam dicte Vie ad cantonum suprascripti campi Bertrami Ysse a sero et montibus.

Et deinde fuit positus decimus nonus terminus ab utraque parte

ipsius Vie eundo versus mane a montibus partibus campi Otteboni de Ghisalba de Rumano, et a meridie parte camporum illorum de Cortenova in dicta contrata.

Et deinde fuit positus vigesimus terminus ab utraque parte ipsius Vie super zapellum Sariole Comitum de Curtenova ab utraque parte ipsius zapelli in contrata de Musarata.

Et deinde fuit positus vigesimus primus terminus ab utraque parte Vie predicte eundo versus mane in contrata predicta in pratis que fuerunt Comitum de Curtenova.

Et fuit positus vigesimus secundus terminus ab utraque parte ipsius Vie eundo versus mane in supradictis pratis in suprascripta contrata in quadam volta ipsius Vie que est a mane parte suprascripti proximi termini.

Et deinde fuit positus vigesimus tertius terminus ab utraque parte Vie predicte super terris que fuerunt monasterii de Valota ab utraque parte ipsius Vie prope Ecclesiam Sancte Marie de Campanea per quadraginta octo capitios sex brachiis pro capitio.

Et deinde eundo in sursum versus montes a dicta Ecclesia usque ad Viam que est a manu recta juxta sedimen Comitum de Curtenova, et que Via vadit versus Ollium in mane, que Via distat a dicta Ecclesia quinquaginta quatuor capitios sex brachiis in capite et medio cuius vie est positus vigesimus quartus terminus.

Et abinde multi alii termini positi fuerunt per rectam lineam usque ad molinum.

Insuper dixerunt, laudaverunt, preceperunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt concorditer quod ab ipsis terminis superius denotatis terre et possessiones que sunt versus Pergamum et terram Pergami sint et esse debeant et intelligantur esse de terratorio et districtu Pergami. Et versa vice terre et possessiones que sunt ab ipsis terminis sive confinibus superius denotatis versus Cremonam et terram Cremone sint et esse debent et intelligantur esse de terratorio et districtu Cremone. Eo salvo et expressim dicto per ipsos arbitros concorditer de consilio suprascriptorum Ambaxatorum Papie, quod omnes homines Pergami et districtus habentes terras et possessiones infra predictos confines de versus Cremonam et terram Cremone ipsis de cetero possint et debeant tenere et gaudere pacifice et ipsarum possessionum fructus percipere pacifice et quiete, et eas colere et laborari facere sine contradictione communis Cremone et communis Suncini et cuius libet singularis persone, non obstante aliquo capitulo vel ordinamento communis Cremone et communis Suncini et eius districtus hinc retro facto. Et tamen

salvo quod fructus et redditus suprascriptarum terrarum non possint extrahere de districto Cremone sine voluntate communis Cremone et domini Bosii, et communis Suncini. Et quod ipsos fructus ducere teneantur ad locum Suncini ad voluntatem communis Cremone et domini Bosii et communis Suncini. Et eodem modo omnes homines Cremone et districtus habentes terras et possessiones intra predictas confines de versus Pergamum et terram Pergami ipsas de cetero possint tenere et gaudere et ipsarum possessionum fructus percipere pacifice et quiete, et eas colere et laborari facere sine contradictione communis Pergami et cuiuslibet persone et alterius singularis, non obstante aliquo Statuto, capitulo et ordinamento communis Pergami hinc retrofacto. Eo tamen salvo quod fructus et redditus ipsarum terrarum non possint ducere extra districtum Pergami sine voluntate communis Pergami. Et quod ipsos fructus ducere teneantur ad locum Rumani ad voluntatem communis Pergami.

Item dixerunt, pronunciaverunt, laudaverunt, preceperunt, et arbitrati fuerunt concorditer, quod Ecclesia Sancti Eusebii que non distat multum a loco Rumani de versus sero, sit et esse debeat et intelligatur esse de terratorio et districtu et iurisditione Pergami, cum omnibus possessionibus suis, salvis in omnibus et per omnia honoribus et juribus Episcopii Ecclesie Cremone, et cuiuslibet alterius ecclesiastice persone quod habet in dicta Ecclesia et possessionibus dicte Ecclesie. Eo salvo expressim dicto, quod occasione suprascripte terminationis confinium ei terratorii, non fiat preiuditium de aliis confinibus terminandis Cremonensibus et Pergamensibus ab ipso termino posito in campo Guilielmo Portalasine de Rumano prope Serium mortuum, et in ripa Serii mortui ab ipso termino ultra versus sero, et non versus Rumanum remanentibus loco in curia et territorio Rumani non determinandis ulterius, sed sint et esse debeant et intelligantur esse de territorio Pergami et districtu et jurisdictione communis Pergami. Et preterea omnia et singula laudaverunt et sententiaverunt et arbitrati fuerunt ab hinc in antea debere integraliter observari per suprascripta communia Cremone et Pergami sub penis in compromissis appositis. Et renuntiaverunt in se potestatem addendi et mutandi et minuendi seu corrigendi et declarandi et interpretandi et dilucidandi, et iterum et pluries pronunciandi et laudandi et arbitrandi ad eorum liberam voluntatem.

Eodem vero millesimo et indictione, die martis quarto intrante septembri, in loco de Fontanella districtus Cremone, in sedimine domini Gratii de Cavutiis presentibus domino Tomasio Marinono,

Guidotto de Advocatis, et Iohannino da Caurosano, et Juvenale de Lalio, et multis aliis testibus ibi rogatis.

